
3 1761 09492444 6



ALEXANDER A DANIELS

DE

SAXONICI SPECULI ORIGINE

EX


JURIS COMMUNIS LIBRO

SUEVICO SPECULO

PERPERAM NOMINARI SOLITO.

BEROLINI 1852.

SUMTIBUS TH. CHR. FR. ENSLIN.


VEND.
EX BIBL.
REG. BEROL.
Biblioth. Regia
Berolinensi.

Quae ex literariae hujus universitatis Fridericae Guilelmae legibus pro obtinenda juris cathedra de speculi saxonici origine ex juris communis libro, speculo suevico male nominato, speciminis loco disserui, ea candide lector existimes non concertationis sed veritatis studio a me proposita esse, ut nova quae mihi constitit sententia sub virorum in hac parte eruditorum examen revocata vel novis firmetur argumentis vel si opus sit emendetur.

I.

Juris liber speculum suevicum quod vulgato nunc nomine vocatur duas habet partes, diversis scriptas temporibus, quarum prior eaque praestantior extitit anno MCCLXXXVII, teste lassbergiano exemplo cujus sub capitis 219 finem notavit scribens: finem hic habere juris communis librum, scriptum a se Conrado de Luetzelenheim, diacono, in usus Gregorii cujusdam de Falkenstein et consummatum eo anno in vigilia Sancti Bartholomaei prope Friburgum in villa Verstetten.

Librarii haec verba non scriptoris esse indicant tam sententiae quamplurimae quae nequeunt quin superinductae aut a pristino suo loco motae sint, quam tituli singulis praemissi capitibus qui argumentis male plerumque convenientes scribentis ineptiam produnt.

Posterior libri pars ex fontibus prius non adhibitis potissimum hausta recentiorem arguit scriptorem, qui temere non pauca congessit, quae ex instituta primae collectionis ratione melius omittenda fuissent.

Prioris libri partis duplex ab initio materies erat, siquidem juncta sibi partimque intermixta exhibet primo notas ad antiquam Bajuariorum legem, servato ejus legis titulorum ordine seorsum olim scriptas, deinde libellum de judiciorum ordine, patriis consuetudinibus accomodatum, cujus scriptor ad exemplar se conformavit celeberrimi citra alpes operis Tancredi Bononiensis de judiciario ordine[1]), quod alio loco

---

1) Praestantissimam ejus editionem dedit: Bergmann (Frid.): Pillii, Tancredi, Gratiae libri de judiciorum ordine. Goett. 1842.

docui Bellomanerium quoque in exponendis Bellovacensium consuetudinibus imitandum sibi proposuisse [1]).

Eam vero materiem primus collectionis auctor in unum confudit librum, ut ejusdem quasi tenoris nova haec scriptio appareret, praefationem confingens, adhibitis ecclesiasticis sermonibus Bertholdi Ratisbonensis, ordinis S. Francisci, qui ante annum quo obiit MCCLXXII celeberrimus per meridionalem Germaniam concionator extitit [2]).

Auctum est hoc opus partim integris quibusdam singularibus libellis, partim dispersis rerum judicatarum notitiis quaeque id genus alia postquam communem in usum venerant, in judicum advocatorumque adversaria memoriae causa indiscrete tum temporis referri solebant. Huic farragini accesserunt variae recentiorum scriptorum observatiunculae, vetustioribus libris adscriptae, quas ut novis accessionibus integer servaretur margo, librarii praepostero plerumque loco in continuam libri seriem inseruerunt, aut quo potissimum referri deberent nescii ad operis calcem rejecerunt.

Posterior libri pars praeter magnam ejusmodi additionum molem continet caesarii juris commentarium, tertio Ansegisi libro de Karoli magni constitutionibus accomodatum.

Natale hujus collectionis solum suspicor Bavariam fuisse, partim quod antiqua Bajuariorum lex prima operis quasi fundamenta subministravit, partim quod Bertholdus, qui in Ba-

---

1) System und Gesch. des franz. Civil-Processrechtes. B. I, p. 38.

2) Berthold d. Francisc. deutsche Predigten; aus der zweiten Hälfte des 12. Jahrh., theils vollständig, theils in Auszügen. Herausgegeben von Dr. E. Fr. Kling. Mit Vorwort von Dr. A. Neander. Berlin 1824. Die Predigten des Franciscaners Berthold von Regensburg. Uebersetzt und vollst. herausgegeben nach dem Manuscripte der heidelberger Bibl. von F. Goebel. Mit einem Vorworte von Alban Stolz. Schaffhausen 1850, 1851. 2 B. De Bertholdi vita et laudibus cf. Fabricii bibl. inf. lat. I. p. 443. Grimm, Rec. der Ausg. von Kling in: Wiener Jahrb. 1825. B. XXXII, S. 194. Hoffmann, altdeutsche Blätter. B. II, S. 160. Wackernagel, die Verdienste der Schweizer um die deutsche Liter. Basel 1833. 8. S. 14, 32. Mone, Anzeiger 1838. S. 218.

varia omnium in ore erat, poliendo huic operi et floribus quasi distinguendo manifesto adhibitus esse deprehenditur.

Commentarium ipse primus scriptor pro juris communis libro habendum eoque nomine vocandum esse voluit, quippe qui non opinionum commentis debeatur, sed ex Karoli magni constitutionibus, adhibitis tam decreto quam decretalium libris compositus sit, nonnulla subinde habita ratione juris, quod ex bona locorum consuetudine introductum reperiatur.

Primae collectionis aetatem statuo post annum MCCLXXIV, quo in regali curia Norimbergensi communi principum sententia definitum est, ex antiqua regni consuetudine Comiti palatino Rheni de imperii principibus jurisdictionem esse, ubi ipse imperator praeesse judicio non posset[1]), quam in celeberrima Ottachari Bohemiae regis causa firmatam consuetudinem respiciunt capita lassbergianae editionis 125 et 128. Praecedere autem libri scriptionem annum MCCLXXXIII ex eo constabit quod deinceps monstrabitur eo jam tempore manifesta ejus vestigia deprehendi.

II.

Longe diversae conditionis alia similis argumenti quaedam collectio est, quam speculi saxonici sub nomine primis saeculi decimi quarti lustris per septentrionales Germaniae partes maximo in usu fuisse indicant tam codicum tituli, quam carmen quod praefationis loco exemplis plerumque praemissum reperitur[2]).

---

1) Perz leg. II, 399.

2) Prooemium saxonici libri, cui „textus prologi" plerumque inscribitur, non speculi sed „juris saxonici" mentionem facit. Primus, quem scio, jureconsultorum speculi titulum adhibuit Guilielmus Durantis, qui ex speculo suo judiciali, post Tancredi opus celeberrimo judiciarii ordinis commentario, anno demum MCCLXXI scripto, per omnem Europam speculatoris nomen adeptus, eam inscriptionis hujus rationem reddit quod liber suus speculi instar judiciariae formae imaginem referat (Pars I; prooemium §. 26). Commentarium autem quem de ipsis rebus in judicio tractandis composuit, „breviarium" vel „aureum repertorium" nuncupari voluit. Speculi titulus per omnem Europam vulgatus, ad cujus imitationem apud Anglos quoque regnante rege Eduardo

Communis opinio cum aliis de causis tum maxime carminis hujus fidem secuta statuit libri scriptorem fuisse anhaltinum, brandenburgensem aut certe saxonicum quendam equitem Ecco de Repechove nominatum, qui prout militantibus eo tempore moris erat, in conventibus juri dicundo extra civitates celebrari solitis, assessoris munere fungens et patrii juris peritia inter suos clarus, precibus Hogeri cujusdam, comitis de Falkenstein, licet ob rei novitatem aliquandiu haesitans, morem tamen gessisse dicitur, aut librum latine prius a se ipso scriptum in germanicum idioma vertere ausus, aut quod alii, juris saxonici municipalis interpretem secuti malunt, inveteratas Saxoniae consuetudines literis mandans, patrio quidem sermone, sed in subsidium adhibitis tam antiqua Saxonum lege, quam Karoli magni ejusque in regno successorum constitutionibus latine scriptis.

Praecipua huic libro prae juris communis libro tam antiquitatis quam integritatis auctoritas unanimi fere virorum doctorum consensu defertur. Primum enim, licet de statuendo scriptionis tempore magna opinionum diversitas obtineat, ab omnibus tamen conceditur non posse quin scriptus sit liber ante annum MCCXXXIV, quo in brunsvicenses duces, libri III articulo LXII inter saxonicos imperii principes nondum relatos, imperii vexillum primum collatum sit, quodque Hogerus comes de Falkenstein et Ecco de Repchove an viventes attigerint merito dubitare liceat.

Deinde ex juris communis libri tam forma quam rebus infertur, suevicum scriptorem saxonicum librum in meridionalis Germaniae, Alamanniae praesertim, usus aptare tantum voluisse, ea vero in re parum feliciter eum versatum esse, argumentis quae saxonicus liber antiquae germanicae consuetudine consentanea paucis nervose dicta offerat partim prolixius expendens, partim falsa veris miscendo corrumpens.

Ne diluendis ejusmodi erroribus taedia cogar movere, en paucis quae perpensis diligenter tam sententiarum nexu quam

---

secundo inscriptus est liber „the Myrror of justice", praeplacuit tamen nostratibus, inter quos saeculo decimo sexto maxime innotuerunt Sebastian Brant, Ulricus Tengler et Justinus Gobler.

ipsis rebus de utriusque libri origine nova eaque certiora offerenda ibi habeam.

Nullus dubito quin cuncta quae de saxonico speculo ad Hogeri comitis preces per Ecconem equitem aut scripto aut in germanicum idioma converso leguntur inter ejusdem officinae fabulas ponam, quibus et traditum est, Karolum magnum cum Leone papa secreta Westphaliae judicia constituisse, et municipalia Magdeburgensium jura jubente Ottone, qui et ruber dicitur, per Burcardum a Mangelfeld, ejus palatii quaestorem, sacrae theologiae professorem et dominum legum, qui carceri inclusus Ecconis quoque speculum commentatus sit, ex Karoli magni privilegiis saxonicae genti concessis, regni imperatoris Ottonis anno tertio, concepta ejusque imperatoris signato privilegiorum instrumento communita esse[1]).

---

1) Interpres ad juris munic. saxon. art. X (ed. Augb. 1499, fol. XXIV).

Ne nimius Ecconis obtrectator videar, paucis dicam quae de ejus in rem literariam meritis aliquam veri videntur speciem habere.

Extat pluribus in exemplis scriptis Chronica quaedam mundi, deducta usque ad mortem Ottakari primi Bohemiae regis (1230), quam latissime propagatam fuisse ex eo constat quod scripta inveniatur tam in saxonico idiomate, quam in ea qua Rheni inferioris accolae et superioris Germaniae homines utebantur dialecto (cf. Massmann, Nachweisung über den Anfang der Cronecken der Sassen, in: Neues vaterländisches Archiv des Königreichs Hannover. Lüneburg, Jahrg. 1825. B. I, p. 233).

Ipsam chronologicam historiae expositionem praecedit carmen, cujus sub finem verba (in Codice Berolinensi, olim Blankenhemiensi) occurrunt (p. 2):

„Ich hayn mig des wale bedacht,
Dit buok wirt nummer volbragt;
Die wile de werilt stayt
So vile wirt kunstiger dayt;
Des muys di rede uv bliven,
In kan neyt laisen schriven
Dat noch gescheyn sol.
Mir genugt hey an wol;
We uv leret vorwert bas
Wat dar gescheyt de schrive das

Revera saxonicus liber ex juris communis libro conceptus est ut quam fieri poterat brevissime exhiberet, quae ex ampliori

In de regte wareyt;
Logene sal uns wesen leyt,
Dat is des van Ripechowe rayt;
Logene gesprochene mistayt,
Logene geschreven is eyn grois val
Der sele; des sit gewarnit al;
We so logene schrivit,
Unvergevene blivit
De logelige suende;
Di wile ir got urkunde
Hayt an den de se da lesen,
So muys ir unvergessen wesen."

In Codice Guelferbytano legitur:

„Das ist des vonn Repgowe rat."

Plerumque creditur versus illos respicere locum (v. 86—88) carminis quod saxonico speculo praefationis loco praemissum legitur; mihi contra videtur ipsum historici hujus operis scriptorem elegantiori sub forma hisce verbis nomen prodidisse suum, quemadmodum et pictores haud raro inter alias personas suam quoque effigiem in tabulis conspici faciunt. Quod recte interpretati illius aetatis homines annalium hunc librum acceptum tulerunt Ecconi de Repechove equiti, qui cum Hogero, comite de Falkenstein, cujus militiam sequebatur, in Sophiam, Quedlinburgensem abbatissam seditiosus Friderici secundi imperatoris aevo magnam inter Saxones famam videtur adeptus esse. Veri nequaquam dissimile est, ex latino annalium quodam libro ad comitis Hogeri preces Ecconem Chronicam suam vernaculo composuisse sermone aut vetustiorem aliquem annalium librum clerici cujusdam ope in germanicum idioma ex latino sermone conversum ad suam usque aetatem deduxisse quod alterutrum sequentes indicare videntur versiculi (Remissorium mit sammt dem Weichbilde; Augsb. 1499):

„Gott gebe seiner sele rat
Der diss buch getichte hat;
Eck von Repchau
Sein pflege unser frau,
Das der seins lons warte
In des hymels garte,
Des bittent all gen gott,
Michael sey der bott,

illo opere per Saxoniae partes in habendis extra civitates judiciis scitu inprimis necessaria occurrerent, regulis quae ex mu-

---

Das er sein sel weiss
In das fron paradeiss;
Mit den gerechten ewigkleiche
In gott sey ir freud reiche;
Und beschliesse yn darein,
Das er ein sun gottes müg seyn.
Seyt sein genaden sind so reine,
Den von Franckensteine (l. Falkensteine)
Tue yn deiner seligen genoss
Und setz yn in Abrahams schoss,
Wann von seiner bet geschehen ist
Das man dieses buoch teuschlist.
Het gott an mich geleget kunst und weyssheit
der ich leider one byn,
So wöllt ich gerne meinen syn
Mit fleisse daran keren,
Herren Ecken wort meren.
Von den gnaden gottes und seyn
So ist diss buoch worden mein.
Nun weiss ich nit sprechen mee,
Gott gebe dass sein will ergee,
Das sein grosse weyssheit,
Die got an yn het gleit,
Zu seiner massen kummen,
Bede zu genaden und zu frummen."

Plerumque hoc carmen legitur in fronte annalium breviorum, qui sub titulo „chronica de tempore creationis mundi" inde ab imperatore Ottone primo memorabilia ecclesiae magdeburgensis potiusquam rerum in orbe gestarum historiam exhibentes praemitti solent libro juris saxonici municipalis, et deducuntur ad Wilhelmum usque, qui ex Hollandiae comite Germaniae rex electus est.

Ne verbo quidem indicat hoc carmen jus municipale saxonicum, aut quemcunque omnino juris librum Ecconi tribuere voluisse poetam, qui majorem Ecconis et breviorem magdeburgensem hancce chronicam confundens veniam quod Ecconis opus augere conatus non sit, nulla alia de causa videtur expetiisse, quam quod annales non ad suam aetatem continuandos susceperit.

Cum autem jus municipale et saxonicum quod vocatur speculum

nicipali, canonico vel romano jure in communes meridionalis Germaniae usus introduci nuper coeperant, aut resecatis aut revocatis ad servatam apud Saxones antiquam juris consuetudinem.

Juris communis autem libro postquam altera jam pars accesserat, ex ea saxonicus quoque liber continuatus est; novus tamen epitomator consummato hoc labore iterum juris communis libri armarium excutiens cum majoris molis particulas omnino neglectas animadverteret, eas in operis supplementum convertendas esse censuit, sub finem libri adjiciens quae primus auctor ut infra apparebit, ex inita scriptionis ratione intacta reliquerat.

III.

Saxonicus uterque scriptor quo major operi per septentrionalem Germaniam commendatio conciliaretur, in ejus supplementum adhibuit juris municipalis saxonici librum, qui ex vetustioribus magdeburgensium judicum responsis [1]) in ipsa Magdeburgensi civitate concinnatus postquam juris communis libri altera pars vulgata jam erat, ante annum tamen MCCXCVIII praemissis novis quibusdam capitibus partim ex juris communis illo libro haustis [2]) auctus, et addito sub finem ficto imperatoris Ottonis qui ruber dicitur confirmationis instrumento in eam quae vulgatior reperitur formam transfusus est.

Minime me latet plerumque statui jus illud municipale saxonicum compositum esse ad illustrandum, corrigendum et supplendum speculum saxonicum, quod municipales quoque judices, ubi non de proprio civitatium jure ageretur, in causis definien-

---

sub communi juris saxonici nomine celebrarentur et in unum conjici volumen solerent, factum videtur esse, ut nulla annalium habita ratione Ecconi uterque juris liber aliquandiu tribueretur; donec ex eo quod equestris ordinis vir a municipali jure remotior esset vicit opinio saxonicum unice speculum illi adscribendum esse.

1) Potissimum eo referendum est jus quod Uratislaviensibus civibus anno MCCLXI ad Henrici ducis preces impertitum esse creditur. Gaupp, das alte hallische und magdeb. Recht, p. 229.

2) Jus mun. sax. art. 1 coll. j. comm. l. c. cap. 308; art. 3 coll. cap. l. c. 319; art. 4 coll. cap. l. c. 293.

dis adhibere consuevissent. Cur tamen aliter ea in re sentiam prima mihi causa est, quod nusquam in juris municipalis libro, nec in ipsis illis locis, in quibus juris communis origo traditur saxonici speculi ulla omnino mentio occurrit; nam de jure non scripto intelligenda sunt, quae passim de differentiis inter jus municipale et jus terrae commune notantur. Deinde loca quae uterque liber, tam jus municipale quam speculum saxonicum, prorsus similia offert, abundare mihi viderentur in illo, si hujus tantum supplendi causa compositus esset; si autem compendii causa jus municipale et jus saxonicum commune in novum confundere librum scriptor voluisset multo plura opinor ex saxonico speculo repetenda fuissent, quae cur in juris municipalis libro desiderentur causa omnino nulla appareret. Tertio autem loco quae juris communis libri argumentis saxonicus scriptor passim inseruit ea tantum non omnia iisdem plerumque verbis in juris municipalis libro sed dispersa reperio, unde speculi saxonici auctor, qui juris communis libri ordinem constanter sequitur, municipalis juris librum, ut dixi, non nisi in novae scriptionis suae supplementum adhibuisse censendus est.

IV.

Continuati saxonici libri auctorem alii supervenerunt scriptores qui libri materiem aut locorum commoditatibus consulentes aut fortuitae lectionis manubias temere coacervantes, nova veteribus miscendo varie auxerunt donec indigesta haec moles accedente juris romani usu articulatim in tres dispertita libros Bononiensium ad morem servato ejusdem scriptionis tenore separatis illustrari adnotationibus coepit. Ea vero patriarum consuetudinum suppellex prae recentioribus aemulisque similis propositi libris, post receptum per omne imperium juris romani usum ubicunque causa ex peregrino jure definiri commode posse non videretur per omnem septentrionalem Germaniam juris ex moribus introducti auctoritatem ad nostram usque memoriam obtinuit. Contra juris communis ille liber, varias per aliquot tempus indutus formas nec ad certam scriptionis normam conformatus in ipso ejus natali solo mature in oblivionem cecidit, proprio Bajuariorum jure temporum necessitatibus convenientius literis mandato; moxque cum praeter romani et pontificii juris

usum pro communi Germaniae jure non nisi scriptae imperii leges haberi consuevissent, jura autem quae ex terrae consuetudine propria obtinuerant in jurisdictionibus unde ad summa imperii tribunalia appellationes reciperentur novis stabilire tabulis consultius visum esset, fieri non potuit quin per cunctam meridionalem Germaniam in desuetudinem omnis illa priscarum literarum vetustas abiret.

V.

Hisce summatim expositis priusquam rerum a me propositarum confirmationem aggrediar pauca de antiquae Bajuariorum legis conceptione mihi praemonenda sunt. Abunde peritioribus opinor exploratum est non ad artis regulas per locos apte disposita antiquitus jura descripta esse, sed qui majoris molis libros de jure scribere primum adorti sunt aut continuo quaecunque sibi memoriae digna emergebant in commentarios suos retulisse aut scriptis legibus per capita titulosve adnotasse quae propositis rebus ex aliqua saltem parte non prorsus aliena viderentur. Cujus quidem scriptionum generis cum alia alio loco exempla attulerim[1]) tum notabiliorem in ipsa Bajuariorum lege speciem deprehendi, quam exceptis prioribus duobus titulis manifestum est ad pedes sequi: „Legem Dei, quam Dominus ad Moysen dedit", sive, ut nunc vocari solet romanarum et mosaicarum legum collationem[2]). Ecce leguntur enim post Bajuariorum legis titulos:

I. *„de ecclesiasticis rebus";*
II. *„de ducibus et eorum causis";*

ad romanarum et mosaicarum legum collationis (ex editione Pithoei) titulos qui sequuntur:	in Bajuariorum lege:

1) System u. Gesch. des franz. u. rhein. Civil-Proc. B. I, S. 31 sqq.

2) Mirandum est viros doctos latuisse hanc utriusque legis affinitatem, quam aperte Legis Bajuariorum prologus indicat, incipiens: „Moyses gentis Hebre primus omnium divinas leges sacris literis explicavit."

I. *„de siccariis et homicidis casu vel voluntate";*

II. *„de atroci injuria";*

III. *„de jure et saevitia dominorum cohibenda";*

IV. *„de adulteriis";*
V. *„de stupratoribus";*
VI. *„de incestis";*
quos quidem titulos sub una rubrica Scaligeranum exhibet exemplum;

VII. *„de furibus et poena eorum";*
VIII. *„de falso testimonio";*
IX. *„de familiari testimonio non admittendo";*

III. *„de liberis quomodo componantur";*

IV. *„de liberis qui per manum dimissi sunt, quod frilaz vocant, quomodo componantur";*

V. *„de servis quomodo componantur";*

VI. *„de nuptiis prohibendis";*
VII. *„de uxoribus et causis quae saepe contingunt";*
quo pertinent v. c.:
c. 1. „si cum uxore alterius quis concubuerit";
c. 6. „de raptu virginum";
c. 8. „de fornicatione cum libera";
quaeque id genus similia;

VIII. *„de furto";*
ubi ad collationis titulos VIII et IX sub finem leguntur:
c. 16. „ut sacramenta non cito fiant";
c. 17. „de falsa suggestione";
c. 18. „de accusatione servi alterius";

X. *„de deposito"*; XI. *„de abigeis"*;	quo ex praecedenti Bajuariorum legis titulo pertinent: c. 8. „de furto in auro et aliis speciebus" inter quae referuntur „jumenta vel pecora"; c. 14. „de custodia rei furtivae";
XII. *„de incendiariis"*;	IX. *„de incendio domorum et earum compositione"*; quocum titulo cohaerent, quae titulo: X. *„de violentia"* adversus alienae domus infractores statuuntur;
XIII. *„de termino moto"*;	XI. *„de terminis ruptis"*;
XIV. *„de plagiariis"*; ubi lege Fabia docetur et eum teneri qui servum alienum celaverit;	ad quem locum ex Bajuariorum legis titulo: XII. *„de pignoribus"* pertinet: c. 9. „Si servum ad fugiendum suaserit";
XV. *„de mathematicis, maleficis et manicheis"*;	XIII. *„de vitiatis animalibus et earum compositione"*;
XVI. *„de legitima successione"*;	cui in sequenti Bajuariorum legis titulo: XIV. *„de commendatis et commodatis"* conveniunt: c. 6. „de viduis"; c. 7. „de secundis nuptiis";

c. 8. „de divisione inter fratres";
c. 9. „de eo qui sine liberis moritur."

Quae jam ulterius in Bajuariorum lege sequuntur a titulo XV usque ad titulum XX ea quum praecedentium titulorum materiis maximam partem conveniant neque tamen suis locis ibi inserta reperiantur, probabile est separatim olim scripta et prioribus deinceps adjecta esse.

VI.

Videamus nunc quo simili pacto diversis olim ex partibus particulisque juris communis liber conflatus sit, quaeque ex eo aut servato aut inverso rerum ordine saxonici libri tam primus scriptor quam unus alterve superveniens auctor in suos usus convertisse noscatur. Ne autem pluribus verbis dicere cogar quae paucioribus expedienda sunt semel hoc loco monitum accipias, ubi de bavarico vel libro vel scriptore sermo erit, intelligendum esse juris communis librum, qui suevici speculi titulum gerit, et saxonici libri vel scriptoris mentionem similiter ad opus, quod sub speculi saxonici nomine Ecconi tribuitur, referendam esse.

In locis laudandis, nisi quid aliud notetur, lassbergianum bavarici libri exemplum, et saxonici libri codicem quedlinburgensem ex editione gaertneriana me secutum existimes.

VII.

Initium a Bajuariorum lege capiendum est, cujus titulis I—XII respondent bavarici libri capita 1—85.

Lex Bajuariorum.

I. De ecclesiasticis rebus, de libris legum institutionum quae ad clerum pertinent, seu de ecclesiarum jure.

In conferendo bavarico et saxonico libro revocatos ad fontes suos bavarici scriptoris locos primum indicabo, notatis

in margine ad unam quamque rem saxonici libri vel integris articulis vel articulorum periodis, quibus idem est argumentum. Deinde post bavarici libri particulas quas primae scriptionis fuisse veri non prorsus dissimile videtur, minutioribus literis ab utroque paginae latere notitiam dabo tam additionum, quas in bavaricum librum recentior manus induxisse deprehenditur, quam emblematum, quae interpretandi, corrigendi aut supplendi causa unus alterve saxonici libri scriptor adjecit[1]). Ad bavarici autem libri additamenta indicabo vel capita vel capitum verba, quibus ejusmodi accessiones in margine olim adscriptas fuisse suspicandum est.

Proemii lit. a. De triplici hominis dignitate.

Proemii lit. b. De pace divina in terris annuntiata.

Proemii lit. c. De mundi creatione, primo peccato, redemto per salvatorem genere humano, clavium potestate et supremi judicii die.

Textus qui dicitur prologi: *„Got die da ist beginn unde ende aller dinge — mit sinir martere."*

Proemii lit. d. De binis gladiis Sancto Petro concessis.

Art. 1. *„Zwei swert liet got in ertriche — das werliche"* (I, a. 1.).

Proemii lit. e. De stratoris officio summo pontifici per imperatores exhibendo.

„Deme pavese is och gesätzt — gehorsam zu wesende" (l. c.).

Proemii lit. f. De proscribendis excommunicatis.

Ex bavarici loci mente: *„So sal ouch die geistliche Gewalt — is bedarf"* (l. c.).

De Constantini et pontificis Silvestri constitutionibus usque ad lit. g. verbis: *„iegelich cristenmensch —"*.

Mutato ordine sub prooemii finem: *„Nu aber wir bekart sin —"*.

1) Numeri post saxonici libri loca uncis inclusi indicant saxonici speculi in tres libros dispertiti librum, articulum articulique paragraphum ex editione Homeier. (Berol. 1835.)

Antiquae Bajuariorum legis primus hic titulus quum maximam partem non nisi argumenta exhibuisset quae aut obsoletiora aut pro communi jure recepta non essent, locum qui adnotationem mereretur bavarico scriptori unicum obtulit:

Caput 13 ubi §. 3: „De caeteris causis Presbyteri, Diaconi vel Clerici ab episcopis secundum illorum canones judicentur."

Opportunitatem haec sententia dedit tractandi de summa tam pontificiae sedis quam imperatorum jurisdictione. Communis ecclesiasticae et laicorum jurisdictionis origo ad divinam institutionem revocatur. Praemuniendae huic expositioni accommodatum est totius bavarici operis prooemium, incipiens a triplici dignitate ad quam deus hominem creaverit. Eam ad rem sententiis Bertholdi Ratisbonensis scriptor usus est, cujus pluribus in locis integra verba retinuit[1]); celeberrimus de gladiorum potestate locus et de stratoris officio pontifici ab imperatore exhibendo totus Bertholdi est; haustus ex pulcherrimo illo sermone in quo coelestia regna concionator agro comparat, quem

1) Ad proemii verba (lit. a.): „Herre got himelisher vater — geedelt hast"; cf. Berthold (üb. von Goebel) B. 1, S. 317: „Da er uns nach sich selbst gebildet hat — so hat er den Menschen geadelt und gewürdet u. s. w."; ad verba: „Div ander werdecheit u. s. w."; a. a. O. S. 172: „Der allmechtige Gott hat uns alle Dinge zu Nuz und Frommen erschaffen u. s. w."; So moechten wohl sprechen Blumen und Pflanzen: unsre mancherlei lichte Farben u. s. w."; S. 175: „Also sollt ihr in euern Büchern lernen; an den Büchern der Erde da sollt ihr eine Lesung lesen, eine an den Baeumen, wie ich schon sprach, eine an den Kraeutern, eine an den edlen Steinen, eine an den Blumen und an allen Creaturen u. s. w."; ad verba: „vnd darvmbe sol ein iegelich mensch got dienen mit rehtem ernst u. s. w."; cf. S. 274: „darum sollen wir Gott Lob und Ehre damit bieten —; wer das nicht thut, der dient dem Knechte vor dem Herrn." Locus: „Vrideliches leben u. s. w. — also sprach vnser herre alle zit ze sinen iyngern"; maximam partem expressus est ad Bertholdi verba l. c. p. 63: „Wegen dreierlei Frieden u. s. w." et p. 255: „Da sangen die Engel ob der Krippe Gloria in excelsis u. s. w." Verbis (Lassb. lit. c.): „Got geschuof zem ersten himel u. s. w."; cf. Berthold B. 1, S. 311: „Uns hat unser Herr viel Gnaden gegeben, uns Christenleuten; was manchem heiligen Mann theuer war in dem altem Bunde, das ist uns Christenleuten nun widerfahren u. s. w."

pretiosissimo Salvatoris nostri sanguine redemptum triplici muro omnipotens deus circumdederit, quo securius custodiretur reconditus ibi thesaurus, i. e. hominis fideliter Christo servientis anima; primum videlicet muro ex serico stamine contexto, cui pontificia stola aequiparatur; muro deinde ferreo quo concionator significat ferreum imperatoriae potestatis gladium, muro tandem qui sensibus non appareat, i. e. coelestium angelorum custodia, quae talis sit, ut neque regnum inveniatur, neque regni ditio aliqua neque urbs, neque domus neque hominum denique ullus, qui non singularem angelum custodem quovis tempore sibi comitem habeat [1]).

Notas ad Bajuariorum legem quas in propositum suum libri concinnator convertit nihil ad rem exhibuisse suspicor praeter breve illud praeceptum, haustum ex Friderici secundi imperatoris foedere cum principibus ecclesiasticis anni MCCXX, quo statuitur, jurium interdictione a laico judice plectendum esse, qui ultra sextam septimanam ab ecclesiae communione exsul factus poenitentiam non egerit [2]). Quae huic annotatiunculae

---

1) Berthold, B. 2, p. 58 seqq. Locum: „Das Himmelreich gleichet einem Acker etc." (p. 58) recognosces in juris communis libri capite 346 ubi de thesauri in fundo alieno inventione agitur; verbis: „daz beweret man [mit] dem heiligen ewangelio. daz sprichet also. daz himelriche gelichet einem acker etc." — In Bertholdi loco de muro ex serico stamine contexto verba occurrunt: „Nun kann der Pabst nicht in allen Landen sein u. s. w." Eundem in modum, ubi de ferreo muro sermo est, pergit Bertholdus: „Es kann auch der Kaiser nicht in allen Landen sein etc." (p. 65 cf. p. 123 l. c.), cui loco in juris communis libro respondent capitis 119 verba: „Der Keiser mag in allen landen nvit gesin. vnde mag allez vngerichte nvit verrihten etc." Saxonicus liber eandem quidem sententiam (Cod. Quedl. art. 143) exhibet, adjecta tamen ex usitata in Saxoniae terris judiciaria forma sculteti mentione: „Der Keiser ne mach aber in allen Steden nicht sin. unde al ungerichte nicht richten zu aller zit. da umme liet her den vorsten graveschaph unde den greven schultichdum."

2) Lassb. lit. f.: *„Als ein man in dem banne ist etc."* Friderici II. imp. confoed. cum principibus ecclesiasticis anni 1220 c. 7: „Et quia gladius materialis constitutus est in subsidium spiritalis excommunicationem, si excommunicatus in ea ultra sex septimanas perstitisse

subnexa leguntur verba de pontificis Silvestri et Constantini imperatoris constitutionibus [1]) ea neque ex adnotationum illa suppellectili neque primae omnino scriptionis sunt, sed posterioris cujusdam scribae notatio ex Gratiani decreto [2]), inopportuno tamen loco inserta, nam pertinet non ad locum de proscriptionibus, sed ad verba de stratoris officio.

Brevior saxonici libri praefatio, „textus prologi" communiter vocata, quae in quedlinburgensi exemplo ipsius operis pars apparet, quaeque vetus interpres Ecconi adscribit [3]), omissis quae de triplici hominis dignitate deque pace in terris servanda Bertholdus bavarico scriptori suppeditaverat, admodum contracto loco de mundi creatione et de redempto per dominum salvatorem genere humano statim subjungit breve quoddam monitum de custodiendis legum praeceptis, ineptissime ex christianorum regum Constantini et Caroli magni constitutionibus saxonici juris origines repetens [4]).

Praestantissimus ille de binis gladiis locus, quem bavaricus scriptor aptissime ex Bertholdo affert, commissam gladiorum potestatem ex eo deducens quod Deus qui pacem in terra homi-

---

praedictorum aliquo modo nobis constiterit, nostra proscriptio subsequetur, non revocanda nisi prius excommunicatio reseretur." Perz legg. II, 236.

1) „Ditze recht satze sante Silvester etc."

2) C. 13, 14 D. XCVI; ad quem locum conferantur Laurentius Valla de falso credita et ementita Constantini donatione, in: Schardius de jurisdictione imper. Bas. 1566. p. 728; Münch in: vermischte histor. Schriften B. 2 (Ludwigsb. 1828) und Biener de coll. can. eccl. graecae p. 72.

3) Glo. ad prooemium: „Hie hebet her Eck van Repkaw an in Teutsch zu bringen das Lateinische privilegium das Constantinus und Carolus beyde Roemische Keyser auf eine Zeit gaben den Sachssen vor Recht etc."

4) Omissa pontificis Silvestri mentione manifestum est male hic conjungi quae de credita Constantini donatione ad bavaricum librum posterior quidam interpres notaverat, quaeque deinceps (Lassb. cap. 1. lit. b.) de juris origine ex divina institutione, christianorum regum constitutionibus, decreto et decretalium libris profecta ipse bavaricus scriptor plenius sub altero Bajuariorum legis titulo exposuit.

nibus bonae voluntatis annuntiaverit se summum pacis principem et custodem profiteatur, nec in coelestia regna reversus indefensum hominem christianum relinquere voluerit, in saxonici libri fronte omnino abscissus et omissionibus ex nimio brevitatis studio profectis insuper depravatus legitur. Minime enim consentio dicentibus, Ecconem ex gentis suae indole pontificiae auctoritatis impatientiorem noluisse imperatorium gladium apostolicae sedi acceptum ferri, nam seculo decimo tertio Saxones non aliam quam quae ab ipsis imperatoribus recepta esset[1]) de gla-

1) Const. regni sicul. ap. Canciani I, 305. Friderici imperatoris confoederatio cum principibus ecclesiasticis anni MCCXX art. 7; Bonifacius VIII ap. Boehmer I, 23. Lucae evangelistae locum (22 v. 38) de duobus gladiis saeculo jam decimo de sacerdotii imperiique concordia interpretatum invenio apud Gerhardum in vita Sancti Odalrici, episcopi Augustani (ap. Perz IV, p. 389):

„Divina etiam donante clementia majoris visionis subimet ipsi manifestatae miracula sub silentio recondendum bonum esse non estimo, quia quadam nocte, cum corpus lectulo collocasset, vidit sanctam Afram in magna formositate pulchra tunica indutam atque succinctam, stantem ante ipsum dicentemque sibi: „„Surge et sequere me."" Et haec dicens eduxit eum in campum, quem Lechfeld vulgo dicunt. Ibi enim sanctum Petrum principem apostolorum invenit cum multitudine magna episcoporum et aliorum sanctorum, et eorum quos ille ante videbat et eorum quos antea non videbat, et tamen nutu Dei bene cognoscebat synodale conloquium cum eis facientem et magna et innumerabilia disponentem, Arnolfumque ducem Bawariorum adhuc viventem de distractione multorum monasteriorum, quae in beneficia laicorum divisit, de multis sanctis accusatum, legaliter judicantem, et enses duos valde heriles, unum cum capulo et alterum sine capulo, sibi ostendentem et sic loquentem: „„Dic regi Henrico ille ensis qui est sine capulo significat regem qui sine benedictione pontificali regnum tenebit, capulatus autem qui benedictione divina regni tenebit gubernacula.""

Saeculo autem decimo tertio tam communiter recepta haec doctrina erat, ut poetarum jam in ora devenerit; testante carmine Reinmari a Zweter quod Bertholdo Ratisbonensi in sermone suo de triplici muro ob oculos fuisse videtur (Minnesinger. Erster Theil. Manessische Sammlung; — erg. u. hergest. von Fr. Heinr. von der Hagen. B. 2, S. 215):

„Ein meister der hat uns geslagen
zwei swert, diu zwene künige wol mit eren moehten tragen,

diorum potestate doctrinam professos esse, ex jure municipali saxonico intelligitur[1]), nec ipse saxonicus scriptor ullus dubitavit quin summo pontifici debitum ab imperatore stratoris ministerium agnosceret.

VIII.

Lex Bajuariorum.

II. De ducibus et eorum causis quae ad eos pertinent.

Proemii lit. g. Ter in anno coram ordinario loci ju-

Art. II. „*Jewelk cristenman is sentplichtig* —."

---

gemachet volleklich von hoher kunst, und sint wol vollekomen
geliche lank, geliche breit
ze troste und ouch ze helfe der vil edelen kristenheit,
si sint unschedelich unt mugen den getriuwen wol gevromen.
Stole unde swert sint si genennent beide,
si bedurfen niht wan einer scheide.
an in sich nieman mak versniden,
wan der da lebet sunder vorcht.
er ist listik der si hat geworht,
ir beider slege mak man vil gerne miden.
Daz eine daz gehoeret an
dem babest der wol mit dem buoche sere twingen kann.
mit im unt mit dem banne sol er vaste droeuwen z' aller zit.
daz ander sol ein keiser nemen.
stole unde swert und ouch daz riche mag ime wol gezemen.
sol er gerihtes walten, so mak er niht beliben ane strit.
Er fullemunt der edelen kristenheit
sante Peters kempfe. des sit ir guot geleit
daz die gerehten uberwinden
die rehtes widersachen sint.
des bitet maniger muoter kind:
„hilf, herre Got, daz wir gerihte vinden!"

1) Jus mun. sax. (ed. 1499) art. VIII: „— do verwandelt sich das recht zů babylon vnd stond zů constantinopel also lang biss das sich rom vnderwand. vnd julius keiser ward. vnd gewaltigklichen hielt von sant Peters halben. der noch der cristenheit haubt ist. vnd die zwey schwerter dem roemischén gewalt empfolhen hat. der pabst hat geistlich vnd der keiser weltlich zů beschirmen die heiligen cristenheit etc."

dice omnes libri homines conveniant.

Male bavarici libri locus hic ad synodale judicium transfertur, quod plenius infra apparebit.

Lit. h. Triplicis conditionis liberos homines distinguendos esse.

„vriheit die, is aver drier hande.—.“

Caput 1. Judicium quemadmodum ordinandum sit.

Unicuique judici opus esse praecone.

Citationes quo tempore fiant.

Saxonicus scriptor ad h. l. de triplici laicorum foro tractat verbis: *„zo gelicher wis sollen sie werlich gerichte suchen. die schepen des greven ding over achtzehn wochen —.“*

Quae castrorum comitibus jurisdictio quibusdam in locis competat.

Castrorum comitibus substituitur rusticorum magister verbis: *„dar unde in iowelkeme vogetdinge sal iowelk burmester vrugen daz rechte —.“*

Caput 1 lit. b. Ad bavaricae legis verba: „Comes vero secum habeat — librum legis“: de juris tam divini quam humani origine. Juris communis hic liber unde haustus sit[1]).

Bajuariorum legis hic titulus post priora nonnisi ad antiquos Bajuariorum duces pertinentia capita (I—XIV) in capite XV usque ad finitum caput XIX exceptis quibusdam communibus locis, qui interpretis curam produnt, ipsa verba exhibet edicti cujusdam jurisdictionis perpetuae causa propositi, quod ad primos Karolingicae dominationis annos referendum est.

Capite XV: „Ut placita fiant per Kalendas“, ex carolin-

---

1) Hujus loci argumentum saxonicus scriptor in prooemio suo jam praelibaverat verbis: „dat sine wiessagen uns geleret hebbet —.“

gicae aetatis more (§. 1) distinguuntur judicia quae per Kalendas aut quinto decimo quoque die privatis ad controversias finiendas exhibenda erant et magni conventus ad quos liberae conditionis omnes homines cujuscunque in regno essent dignitatis ad tractandas publicas utilitates aliquoties per annum convocari solebant. Id ne pro arbitrio et minus oportunis temporibus fieret cautum in edicto erat constitutos servari oportere dies, ita ut nonnisi conveniendi locus a judice indicandus esset [1]. Karolus autem magnus ne comites ad pauperes opprimendos in jus vocandi potestate abuterentur plura diversis temporibus edicta eam in rem promulganda curavit; siquidem de judiciis ad finiendas controversias habendis ab eo statutum erat ne quis venire cogeretur nisi qui ad dicendam sententiam constitutus aut qui sive reus sive testis ad causam vocatus esset [2]. Deinde ne pauperiores fatigarentur communibus populi conventibus, noluit, nisi inopinatae emergerent necessitates, saepius quam bis in anno, circa aestatis et autumni tempus eos convocari [3]. Ludovicus autem imperator paternam sanctionem in reliquis partibus confirmans ternos quotannis generales conventus observandos esse jussit [4].

Paulisper tantum inverso legis Bajuariorum ordine hasce carolingicae aetatis constitutiones bavaricus scriptor prout sua aetate in usu erant exposuit; primum disserens de conventibus qui „generalia placita" olim vocabantur (proem. ad lit. g), deinde (c. 1) tractans de judiciis, quae in Bajuariorum lege „placita ad causas inquirendas" in Francorum regum carolingicae stirpis constitutionibus „placita ad justitias faciendas" appellantur.

Incipit prima hujus expositionis pars a verbis: „Unusquisque christianus homo ter in anno coram loci defensore judicium frequentet etc.", quae sententia nunc male particulis „et

1) „— omnes liberi conveniant constitutis diebus, ubi judex ordinaverit."

2) Cap. Aquisgr. a. 805 (Perz I, 156) c. 5, 13. Cod. Par. Msc. lat. Suppl. 75 sub. c. 13. Ansegisus l. III. c. 40, 51.

3) Cap. anni 769 c. 12 (Perz I, 33).

4) Cap. a. 817 c. 14 (Perz I, 217).

quod" connexa legitur notationi quam inoportuno loco primae scriptioni insertam esse supra a me observatum est[1]).

Duplex autem inter juris communis librum et antiquam Bajuariorum legem differentia diligentius aliquantulum hoc loco consideranda erit. Primum videlicet generalia placita notum est ex carolingica imperii forma a comitibus convocata esse; saeculo autem decimo tertio, dissolutis jam pridem antiquis comitum pagis, per magnam Germaniae partem quum aut episcopi in comitum jura successissent aut civitates principum auctoritate immunes non nisi imperio obedirent, communibus populi conventibus aut episcopatuum defensores praesidebant aut imperialium civitatum praefecti, qui utriusque generis judices communi nomine „advocati (*Voegte*)" vocabantur; unde factum est ut „advocati judicium" („*Vogtding,* jurisdictio vogtejica") idem ac „superior jurisdictio" significaret, et „episcopatus" aut „terra" promiscue pro superioris cujusvis jurisdictionis territorio diceretur. Hunc loquendi morem ubique fere in illis capitibus servatum reperimus, quae legis Bajuariorum titulis argumento conveniunt, unde par est credere ortam esse hanc bavaricae collectionis partem in libera aut episcopali aliqua civitate, Augustana forsitan, aut quod malim Ratisbonensi.

In illis autem capitibus, quae singulari cuidam libello de judiciario ordine deprompta esse suspicor, et in juris communis libri posteriori parte plerumque non „advocatus" sed „judex" aut „terrae judex" occurrit, quod prius generale est, alterum vero pertinet ad terras, quarum apud duces, comites aliosve imperii proceres jurisdictio erat.

Deinde notandum est in Bajuariorum lege triplicis conditionis homines, quibus ad placitum constitutis diebus conveniendum erat distingui sc. primum „regis vassos" i. e. imperii proceres, qui ut ejus aetatis more loquar „ad regem caput tenebant", deinde „ducis vassos" i. e. eos qui primo in ordine

---

1) Legendum est: „Dise zwene satzen disiv reht vnd ander reht ein michel teil an disem buoche." Deinde expunctis particulis „vnd daz" procul dubio olim scriptum erat: „Jegelich cristenmensch sol dristunt in dem iare daz vogetdinc sůchen. so er zesinen iaren vollechomen ist etc."

sub ducibus militabant, tandem „omnes liberos" i. e. eos qui nulla dignitate praediti nonnisi communem exercitum sequerentur. Bavaricus scriptor similiter tres liberorum hominum principales ordines discernit, videlicet primo loco eximie liberos et semet pares („*semperfreie,* super illustres"), i. e. imperii principes, qui neminem nisi imperatorem sibi superiorem agnoscebant aliosque libere ipsis militantes poterant subditos habere; deinde equestris ordinis viros qui principum vexilla sequebantur, tandem homines qui in agris sedentes a tributis ferendis nomen traxerunt (die „gebure" [1]), quique aut principum aut equestris ordinis virorum jurisdictionibus parebant. Hos inter ordines unumquemque scriptor observat jura sibi propria habere.

Saxonicus scriptor nonnisi terras quae sub principum jurisdictione constitutae erant respiciens mirandum est bavaricum de jure imperii librum imitaturus quantas in angustias quantosque in errores delapsus sit. Primum enim in exposito judiciorum ordine episcopatuum mentionem offendens somniatus est de ecclesiastica hic jurisdictione agi, licet aperte bavaricus scriptor professus erat sibi in hoc libro non nisi de laicorum judiciis rem esse [2]. Deinde scriptor cum triplicis conditionis homines, quorum jura inter se diversa essent, in bavarico libro distinguerentur, eos nec eodem judicio uti posse opinatus est; tandem cum provincialia non imperii jura describenda sibi proposuisset, principes in primo ordine collocare non poterat, quum ipsorum summa in terris suis jurisdictio esset, ab equestri autem ordine descendens extra civitates, quae proprio municipali jure regebantur, tertium liberorum hominum ordinem, qui infra agricolas ponendus esset, frustra querebat.

Haec reputans secum primum ne de triplici hominum con-

---

1) Non ab agro colendo (quod est „buwen" unde „buwmann") ita dicti sunt, sed a conferendis censibus; ferre enim est: „bueren" angl. „to bear", unde: „Bharigildi" (Cap. Dom. Hhlotarii c. 4; Perz I, p. 242) qui saxonico scriptori vocantur „Biergelden" (cf. III. a. 45 §. 4) et hodie „die Gebühr"; ut bene Francogallici distinguunt inter: „rente portable" et „rente querable."

2) Cap. 1 sub fin. „aber ditz bůch daz seit nit wan von weltlichem gerihte. vnd darvmbe haizet ditz bůch daz landrehtbůch."

ditione deesse aliquid videretur, ab equestri ordine („scepenbare") incipiens medio loco liberos homines praediorum possessores posuit („phlechhaffte"[1]), infimam conditionem colonis assignans, quos in alieno sedentes agro („landseten") hospitum tantum loco haberi docet.

Deinde scriptor pro triplici illo hominum ordine triplex quoque ecclesiasticum forum sibi excogitavit, statuens equitibus frequentandam fuisse episcopi synodum, possessoribus cathedralis ecclesiae propositi, colonis archipresbyterorum; quod omnino absurdum est, siquidem, ut recte alio in loco bavaricus liber docet, ad episcoporum synodos conveniebant tam principes proceresque quam universus christianus dioecesium populus[2]).

Tandem ad triplicis illius ecclesiastici fori similitudinem finxit scriptor triplex quoque in laicorum judiciis forum observandum fuisse, comitis videlicet, comitis vicarii („sculteti") et pagelli judicis („des gogreven ding"), quod primum equitibus, alterum possessoribus, tertium colonis adtribuit. Ea autem non nisi ex parte vera sunt, siquidem cujusvis conditionis hominibus, exceptis solummodo imperii principibus communis extra civitates comitum jurisdictio erat, sculteti denique jurisdictio liberae conditionis colonos[3]) aeque ac possessores complectebatur.

Ad bavaricae legis locum:

caput XV §. 2: „Comes vero secum habeat judicem —" in juris communis libro suppletur: in quovis judicio praeconem

---

1) „Phlechhaffte" idem sunt quod „viri hereditati, legitimi", quorum plena in judiciis fidejussio erat; apud anglos „viri plegiabiles." Ortum est vocabulum ex latino „praes, praedis" unde „praediare" aut mutata liquida „plediare", gallice „pleger", medio aevo latine „plegiare" pro fidejubere. Ejusdem originis est vernacula vox „phlicht."

2) L. R. B. cap. 140: „ander bischofe die vnder in sint die gebietend mit rehte christenlich dinc. sie gebietend mit reht dar. allen den fvrsten. vnd allen den herren die in ir bistvm horent. vnd allen christenlvten die zir tagen komen sint." Cf. Regino I, 7, 10; II, 1—3.

3) Originarii quidem judicem habebant advocatum a terrae domino sibi datum (jus mun. sax. art. L.), quem liberae conditionis homines non agnoscebant; criminalibus tamen in causis ejusmodi quoque personae tam comitis quam ejus vicarii judicio subjecti erant.

quoque constituendum esse, quam ad rem non nisi obiter monetur in jus vocationes ab eo fieri aut communiter ad tria generalia quotannis placita celebranda, aut post alteram sextamve hebdomadam ad causas finiendas. Saxonicus scriptor licet ex ecclesiasticarum synodorum similitudine hic nonnisi de generalibus placitis sibi agendum fuisset, quod ipse indicavit verbis „eundem in modum laicorum judicia frequentanda sunt *(zo gelicher wis sollen sie werlich gerichte suchen)*", tamen bavaricum librum imitatus male hoc loco diversa in jus vocationum tempora distinguit, quorum observatio nonnisi placita ad finiendas causas spectat[1]).

Praeterea monendum est errare saxonicum scriptorem, diversa in jus vocationum tempora ad fori personarumque differentiam unice referens, quum in comitum quoque judiciis dilationes vel quatuordecim vel quadraginta dierum pro causarum diversitate in jus vocatis, etiam qui equestris ordinis non erant, olim concedebantur.

Ad legis Bajuariorum verba, quibus comes jubetur secum habere judicem post praeconis mentionem in juris communis libro disseritur de jurisdictione castrorum comitibus concessa, quae multo majoris olim momenti quam saeculo decimo tertio fuerat. Ipsi enim comites ex carolingica imperii forma delectum facere et sequi exercitum solebant, judiciariam potestatem delegantes castrorum custodibus, qui vicecomitum loco positi in criminosos homines animadvertebant. Translata autem plerisque in civitatibus ad episcopos comitum auctoritate gladii potestas episcopatuum defensoribus committebatur, qui ex regia delegatione aut ipsi judicio praesidebant aut leviores, maximeque civiles causas agendas „scultetis" i. e. vicariis suis judicibus mandabant. Inde effectum est ut castrorum comitibus nonnisi urbis praefectura ex episcoporum auctoritate administranda, et minor quaedam jurisdictio, de rebus praesertim venalibus, relinqueretur.

Saxonicus scriptor, de jure tantum quod extra civitates in usu erat scribens, ex nominis sono castrorum comitibus („bur-

---

1) Verba saxonici libri: „leget aver ding us umme ungerichte —" translata sunt ex juris municipalis saxonici articulo XLV.

greven") rusticorum magistros („burmester") substituit, cumque jurisdictionis species, quae illis adscriberetur, deesset, ad supplendam hanc lacunam de criminibus ex vicinorum consensu in generali placito per eos patefaciendis egit.

Edictum Bajuariorum legi insertum loco, quem supra allegavi, statuerat insuper, adesse oportere comiti:

> *„librum legis, ut semper rectum judicium judicet de omni causa, quae componenda sunt."*

Quod quidem praeceptum, utpote re omnium in conspectu posita, in desuetudinem abire facile non potuit, unde perquam verisimile fit cancellarium, quem in quovis judicio adhibere comitum in mandatis erat, diligenter bavaricae legis codici suo adscripsisse, quae nova juris ratio rerumve similiter judicatarum auctoritas suppeditarent. Ejusmodi vero additiones, quae majorem in molem excreverant cum ipsa lege, praetermissis quae obsoleverant, in novum codicem transscriptas conscribendi bavarici libri jam non amplius miraberis et consilium suggessisse et prima ut dixi tanquam fundamenta subministrasse.

Quod luculentissime is ipse de quo agitur locus demonstrat. Tam enim accurate bavaricae legis ordo in juris communis libro servatur, ut injecta legis libri mentione statim scriptor a triplici quam in exordio exposuerat hominis dignitate sermonem repetens de divinis institutionibus, quibus ad sustinendas tam magnas dignitates hominem deus instruxerit, commentatus sit, ex eodem juris divini fonte monens christianorum regum ecclesiaeque antistitum praecepta manasse, et in operis sui commendationem adjiciens, se jura non parvi pendenda nec rerum male judicatarum exempla in medium ferre, quippe qui fontes adhibuerit Constantini cum sede apostolica pactum, imperatoris Karoli magni statuta et decreti literarumque decretalium libros; eorum autem non nisi ea se delibasse quae laicorum tangerent judicia, quaeque communiter justa habeatur, salva, quod suis postea locis monendum sit, bona locorum consuetudine.

Horum vero omnium nihil omnino juris saxonici liber offert praeter paucissima illa verba quae in operis prafationem, ut supra docui, referta leguntur.

IX.

Legis Bajuariorum alteri in quo versamur tituli extremum caput, de ducum prosapia deque illustrium hujus originis familiarum honoribus praerogativis, licet ipsum nonnisi res oblivione jam pridem obscuratas exhiberet, aptissimum tamen offerebat locum cui annecterentur quae de varia hominum conditione inprimis scitu necessaria essent.

Amplissimum hoc argumentum capita explet ab altero usque ad octagesimi primi initium, quae capita, compluribus tamen a margine in scriptionis continuam seriem a recentiori mani superinductis, tres produnt diversae originis commentatiunculas.

Primo enim loco libellus occurrit (capitibus 2—11), cujus argumentum praebuit celeberrima pontificis Alexandri secundi decretalis epistola de computandis consanguinitatum gradibus, ad omnes tam episcopos quam per Italiam judices missa [1]).

Ad hujus loci exemplum sex mundi aetatibus [2]) componuntur sex generationum successiones, ex quibus consanguinitatis propinquitatem in contrahendis nuptiis ecclesia metiendam esse voluit, addita septima aetate qua mundus et septima generatione qua consanguinitatis propinquitas finiantur. Septeni numeri similitas causa erat cur librarius quidam loco de sex mundi aetatibus totidemque generationum successionibus ex juris qui dicitur feudorum libro interseruit usitatam militarium ordinem in septem clypeos partitionem, quemadmodum juris communis libri locus de septem mundi aetatibus vicissim in juris feudorum librum transmigravit, ubi militarium ordinum expositioni praeter omnem loci opportunitatem subjunctus legitur [3]).

Ad locum de generationibus particulae hujus auctor de hereditatibus ad posteritatem transmittendis tractavit sequentem, in modum.

---

1) Cf. c. 2 C. XXXV, qu. 5.

2) Cf. de mundi aetatibus Isidorum etym. L. V, cap. 38—49.

3) Cf. Jus feud. cap. 1 verbis: „Div erste welt huop sich an Adame —."

Caput 2. Origenis praesagium de septem mundi aetatibus.

Eundem ad modum septem clypeos militares distingui.

Art. 3. *„Orienes wissagede hir bevoren —."*

„zu derselven wis sint die hereschilde uzgelegit."

Caput 3 lit. a. Septem propinquitatis gradus quemadmodum computentur. In hereditate capienda potiorem esse, qui in consanguinitatis gradu propinquior sit.

Art. 4. *„Nu merke wi oder war diu sibbe beginne."*

Bavaricus liber in computandis generationum gradibus ecclesiastici juris normam sequitur; saxonicus autem scriptor, filiis in trunco positis a filiorum filiis demum procedentes generationum gradus numerans, Isidoro perperam adscriptam computandi illam rationem docet, quam Alexander papa non reprobavit quidem, utpote quae bene intellecta nullum inducat errorem, sed a vero tamen ecclesiae usu recedere notavit.

Bavarici libri verba: „inter virum et uxorem nullam personae duplicitatem esse propter matrimonii sacramentum, quod eximium inter septem sacramenta locum obtineat", Bertholdum Ratisbonensem sapiunt [1]). Saxonicus scriptor sententiam: „conjuges dum vivant pro una persona haberi" affert non hoc loco, sed de conjugum bonis disserens, suppressis quae ex Bertholdo de sacramenti vigore bavaricus scriptor addiderat [2]).

Caput 3 lit. b. Cognatis usque ad septimum consanguinitatis gradum hereditates deferri.

---

1) Cf. Berthold's Predigten, übers. von Goebel, B. 1, S. 328: „— da man die heilige ehe mit der sieben heiligkeiten einer befestigt, und mehr geheiligt als irgend einen orden u. s. w." Reliqua loci expressa sunt ad Bertholdi ex ecclesiae praecepto propinquitatis gradus populo exponentis verba: „Wenn man die Verwandschaft rechnen will, so soll man an dem Haupte anheben etc." (Predigten, übers. von Goebel, B. 2, S. 5.)

2) Art. XIX, verbis: „Man unde wiph ne haben nichein tzweit gut zu irme libe."

Ex pontificio jure matrimonia nunc juste contrahi inter personas, quae quinto generationis gradu inter se distant; nec tamen ecclesiasticis legibus posse patriam in hereditatibus capiendis consuetudinem corrumpi [1]).

Caput 4. Filios non filias, in patris prius defuncti locum succedentes, cum patruis ad avi hereditatem admitti [2]).

Caput 5 lit. a. Mobilia bona, de quibus vivens pater non statuerit, dividi inter viduam liberosque nondum dotatos.

Fratres, qui clerici, ecclesiasticis beneficiis fruuntur, benigniter agant, in dividendis mobilibus paternae successionis bonis. In immobilibus rebus virilem accipiant portionem.

Art. 5. „*Nimmt die sone wiph diu eme evenbordich is.*"

„*De tochter de inme hus is unbestadet —.*"

Art. 5 [3]). *Die paphe nymmt glichen theil der swester —*", et pluribus interspersis: „*De ungeradede swester —*", ubi statuitur: nullam mobilium rerum partem concedi clerico qui ecclesiasticum beneficium habeat, si indotatam defunctus filiam reliquerit.

Addit. 1. „*Swar aver de vrowe nich eynen bruder ne hat wan eynen paphen —.*" Deficientibus laicis filiis clericum in

---

1) Hocce additamentum in quedlinburgensi exemplo saxonici libri nondum reperitur, deinceps autem supplevit eam lacunam librarius quidam libro I, art. 3 sub finem.

2) Constat communiter hoc principum sententia definitum esse anno ex judiciarii certaminis victoria regnante imperatore Ottone primo, teste Widukindo II, 10.

3) Verba initio hujus articuli posita: „*Wiph mag mit unkuscheit —*" interpretis cujusdam adnotationem exhibent ad art. 5 verba: „diu eme evenbordich is."

paterna hereditate non excludere sororem.

2. *„Von des paph gude —.“* Clerici defuncti bona ad ejus heredes pertinere, nulla immobilium mobiliumque rerum distinctione facta.

Sequitur deinceps locus, quem supra notavi: de clerico ob ecclesiasticum beneficium ad mobilium bonorum divisionem non admittendo, si indotatam habeat sororem.

Caput 5 lit. b. Haereditaria bona censeri quaecunque bona moriens habuerit defunctus.

Art. 6 sub finem. *„Mit swelkeme gude —.“*

De aere alieno defuncti heredes teneri, si vel debitam esse rem actor semet septimus, ut dicunt, probet, vel duobus jurisjurandi comitibus adhibitis juret: ipsum defunctum se rei in judicium deductae debitorem professum esse.

Art. 7. *„Sver so daz erve nymt de sal durch recht die schult gelden.“*

Additur: *„alse verne alsiz erve geweret an varender have.“*

De probationibus suscipiendis quae bavaricus liber exhibet desiderantur hoc quidem loco; vide tamen quae sequentem ad locum monenda erunt.

De aliorum autem delictis neminem teneri.

Art. 7. *„Duve noch rouf noch dopel spelen is her nicht phlichtich zu geldene.“*

Caput 6. Ex fidejussione intercedentem teneri pro alieno debito, ita tamen ut, ex divi Hadriani epistola, a singulis fidejussoribus, qui solvendo sint, non nisi partes creditor petat.

Caput 7. Absens quemadmodum exposito cautionis instrumento fidejubeat.

Caput 7 a verbis: *„vnd ist der tote man —"*:

Heres an ex defuncti fidejussionibus teneatur.

Art. 7 verbis: *„— noch nichene schult wenne die der he wederstadunge vntfinc oder burge was worden."*

Probandum esse defuncti debitum adversus ejus heredes per septuaginta et duos testes, qui omnes illaesae existimationis homines sint [1]).

1) Locus, qui inter articulos in concilio Basileensi reprobatos refertur (cf. Art. juris saxonici etc. „Decimus quintus: haeres non tenetur respondere etc."; ed. Gaertn. p. 529), apertissime corruptus est ex bavarici libri loco, quem integrum hic subjungam, e regione posita tam depravata quam emendata saxonici loci lectione:

„Swer erbe nimt der sol zerehte die schulde gelten. die der tote man da gelten solte die man waiz. vnd der man nit enweiz die sol man irzivgen vf den toten man selbe sibende. Hat aber der tote man der gvlte veriehen. vor den livten do er gesunt waz. oder an dem bette. vnd mac daz iener. dem man da gelten sol. selbe dritte erzivgen. er hat sin gůt behebet. vnd hat die sieben gezivgen verleit."

„Duve noch rouf noch dopel spelen is her nicht phlichtich zu geldene. noch nichene schult. wenne die der he wederstadunge untfinc. oder burge was worden. die schult sal der erve gelden. ob er iz innerit wirt alse reht is. mit zween und sevenzich mannen die alle unbesprokene lute sin. oder echt geborene late."

Scriptum procul dubio erat:

„alse recht is. mit zween oder selbe seven mannen";

quae emendata lectio convenit omnino bavarici libri doctrinae. Conf. L. R. B. c. 289 verbis: „vnd daz man div ding vffen si behabet alse reht is", i. e. si justas pro causae diversitate probationes actor suscipiat. Librarii errorem in saxonico loco subesse jam recte viderat Hauschild, v. d. Gerichtsverfassung u. s. w., p. 37 not. 8. Explicatio hujus loci, quam tentavit Bruns Beiträge p. 282, argumentis ex historia petitis prorsus destituta, verbis: „sicut justum est" conciliari nequit.

Si enim quod in probationibus justum esset abunde notum erat, non video cur adjecisset scriptor septuaginta et duobus testibus opus esse; si autem necessarium scriptori visum est ipsum illud probationis genus exponere, ineptum erat praeterea de legitime suscipiendis probationibus lectorem monere. Contra si emendate, sicut proposui,

Caput 8. Non ultra haereditatis vires teneri heredes [1]).

Caput 9. Obaeratum debitorem soluto matrimonio si locupletem ducat uxorem, non impediri quominus ex illatis sibi mobilibus bonis satisfaciat creditoribus; ex legitima enim tutela, quam in uxorem maritus habeat, plenam illi rerum administrationem competere; immobilia autem bona nisi consentiente uxore, alienandi facultatem maritum non habere.

Caput 10. In defuncti nomina succedere heredes.

Art. 7. „*Man sol och deme erven gelden daz men deme doden schuldig was.*"

„***Die schult der die man selve schuldig —.***"

Interpellatione opus non esse siquis ex sua ipsius persona debitor sit [2]).

---

legitur locus, abesse illa verba nequeunt; nam scriptor ait quidem vel duos vel sex jurisjurandi comites adhibendos esse, brevitati autem consulens quodnam earum probationum genus eligendum sit aliunde significat ex juris consuetudine notum esse. Speculi saxonici interpres, ignorans loci corruptelam, quum nonnisi septem testium dicta in judiciis requiri animadverteret, antiquam consuetudinem ea in re mutatam esse credidit: „Wisse auch bey den 72 Mannen, das solches zu vnser zeit kommen ist auff sieben vnbeschuldener Man, nach Sechsischem recht ut Weichbild art. 67 et 104 cum art. 5 sequentibus et in glossa ibidem."

1) Saxonicus scriptor eam juris germanici regulam statim subjunxerat loco ubi heredem de aere alieno teneri dictum est.

2) Patet subesse hic observatiunculam ex margine in scriptionis tenorem male insertam, quae trahenda est ad verba superius allata: „*ob her iz innerit wirt alse recht is.*" Colligitur inde quedlinburgense exemplum, licet omnium qui hucusque innotuerunt, vetustissimum,

Caput 11. Ad capitis 10 verba: *„die man behaben mac als recht is.“*

Art. 7. *„Swe ichts borget oder lovit —.“*

In rebus creditis conventionibusque fidem servandam esse. Si reus diffiteatur, legitimis eum probationibus convicendum esse. Jusjurandum vero recipiendum non esse, exceptis capitalibus causis, si res coram judice gesta sit [1]).

Caput 11 lit. b et c. Locum sub lit. b palam est exhibere observatiunculam ad locum qui sequitur, ex margine inverso ordine in continuae scriptionis seriem receptam, qua de causa utriusque loci argumentum ad verum ordinem revocatum hic subjungam:

Lit. c. Ubi septem testibus opus sit tantundem ac duo testimonia valere judicis praeconisve dictum.

„Swas her aver vor gerichte tut daz verzuget in die sakeweldige mit zwen mannen. unde die richtere sal die dritte sin“ [2]).

„Swar man aver eigen gift oder satzt. oder einen manne zugen wel an sin recht“:

In alienandis immobilibus rebus et capitalibus judiciis ad plenam

ex codice tamen non genuinam lectionem exhibente conscriptum esse, quod maximi momenti est in dijudicandis ejusmodi erroribus, qualem offendi in loco de LXXII testibus supra probare conatus sum.

1) Saxonicus scriptor in eo differt, quod statuit: licere reo praestita jurisjurandi fide diffiteri rem creditam, nisi res coram judice sibi commodata sit.

2) Testimonium judicis si duorum testium dictis aequiparatur, et similiter singula assessorum testimonia tandundem ac duorum testium dicta valent, palam est judicis duorumque assessorum testimonia connumerata actoris dicto septeni instar testimonii esse.

rerum gestarum memoriam judicis et sex assessorum testimonia requiri [1]).

„*Des vronen boden tzuch stat vor zwene man. ob man iz bedarf. da men mit seven mannen tzugen sal.*"

Lit. b. Quemadmodum duorum instar testium sit judex vel praeco, ita et dupliciter luendas esse injurias illis illatas.

„*Sin bute is ouch tzivalt.*"

Addit. „*unde sin wergelt nach siner bord. sint der zit daz her zu vronen bode gekoren wirt.*"

X.

Altera, quam dixi notis ad Bajuariorum legem insertam esse, commentatiuncula, lassbergianae editionis capitibus a duodecimo usque ad quinquagesimi initium comprehensa, singularem videtur latissimeque divulgatum per omnem Germaniam olim libellum formasse, cujus argumentum de juribus pro hominum genuina conditione diversis duabus absolvitur partibus.

In prima videlicet parte agitur de jure in posteritatem a parentibus transmittendo, in altera de causis ob quas deterioris conditionis homines efficiantur. Totius argumenti hujus partitionem exhibet qui sequitur locus:

Caput 12. Genuinum jus in melius sibimet ipsum reformare neminem posse; maleficiis

Art. 8. „*Nieman ne mach erwerven ander recht wen alse sin angeboren is.*"

1) Additionis hujus occasionem praebuisse videntur bavarici libri verba (cap. 11): „ez enge dem man danne an den lip. oder an sines libes ein teil." Saxonicus scriptor hic ut alias bavarici libri argumenta proposito suo aptat, aut brevius perstringens aut interpretando amplificans quae in exemplo suo obviam sibi erant, nullo habito discrimine utrum ipsius bavarici scriptoris an aliunde congesta, utrum opportunis inserta locis an minus apte in genuinae scriptionis seriem recepta sint.

tamen deteriorem effici hominum conditionem.

Coram judice tacere consultius nonnunquam esse quam loqui.

„Versmaet aver her sin recht vor gerichte. vnde saget her yme zu eyn ander recht. des her nicht volkomen ne mach. her verluset beide" [1]).

Liberos patris conditionem sequi.

„Swar iz kint is vri unde echt. da behalt iz sinis vater recht" [2]).

Addit. Si tamen alteruter parentum originarius sit deteriorem conditionem partum sequi [3]).

Caput 13. Ad capitis 10 verba: *„ein man mac sich versprechen vor gerichte":*

Quaenam personae ad testimonia coram judice dicenda omnino recipiendae non sint.

Caput 14. In profectitiis bonis fratribus sororibusque potiorem haberi patrem. In adquisita autem bona proximiores ex eadem stirpe descendentes succedere heredes.

Art. 8. *„Stirft die man ane kint. sin vater nimmt sin erve."*

Emblemata.

1. Fratre potiorem esse defuncti matrem. In paternis et fatrum sororumque hereditatibus filias excludi per filios.

2. Ab avis proavisque defuncti

---

1) In interpretando interprete desudasse hic saxonicum scriptorem apertum est.

2) Conf. jus munic. saxon. ex cod. Berol. anni 1369 art. VII: „Welk kind is vrie unde elik geboren bynnen wichbelde dat beheld sines vader recht."

3) Additionem hanc suppeditavit jus municipale saxonicum art. III verbis: „Nu segen aver die bueke. dat die vorsten etc."

descendentes nullo sexus facto discrimine ex consanguinitatis proximitate in aequas partes succedere.

3. Nepotes praeferri parentibus et a latere venientibus cognatis.

4. Heredes non admitti qui ex natalium conditione defuncto inferiores sint.

Caput 15. Ad capitis 12 verba: *„er mac och mit vntat erwerben, daz er boeser recht gewinnet“:*

De causis ob quas juste liberi parentesve exheredes fiant, secundum Justiniani imperatoris novellam constitutionem 115.

Caput 16. Ad capitis 13 verba: *„vnd verbannen livte u. s. w.“:*

Proscriptos a castrorum dominis non fovendos esse.

Caput 17. Ad capitis 12 verba: *„Nieman mac im selber ander reht erwerben. danne als in angeborn ist“:*

Suevos intra patriam invicem non nisi suevos judices pati. Urgente minore judicantium parte causam ad superiores judices, ut per eos finiatur, deferendam esse. Saxones eodem quo Suevos jure uti, praeterquam in sententiis sub examen revocandis et in hereditariis causis.

Emblemata.

Art. 8. *„Die swaf ne mach ouch von wif halben nichen erve nemen —.“*

Art. 9. „Quae jura indignante Karolo magno Saxones obtinuerint“ [1]).

1) Locus inter articulos reprobratos notatus et ineptiis scatens, quas curiosius tamen expendere hic supersedeo, siquidem eam ad rem uberiori commentatione opus esset, quam ad aliud tempus mihi sepono.

Ad bavarici libri caput 16.

Art. 10. *„Die swaf nymt wol herwede —."*

Caput 18. Matutinalia dona inconsultis heredibus juste in uxores conferri, si non modum pro diversa hominum conditione usitatum excedant.

Art. 11. *„Nu vernemet waz ie welk man von ridderis art moge geben sime wibe zu morgengabe —."*

Art. 12. *„Alle die von ritteris art nicht ne sin —."*

Caput 19. In bonis ex hereditate venientibus usumfructum uxori, quo vidua sustentetur, consentientibus plenae aetatis heredibus juste constitui.

Art. 12. *„Men mut ouch vrowen eigen zu irme live —."*

Emblema.

Consentire cujusvis aetatis heredibus licere (verbis: *swi junk se sin —"*).

Caput 20. Ad caput 18. De matutinalibus donis invita muliere ab ejus marito alienatis [1]).

Caput 21. Usumfructum viduae legitime constitutum nec heredibus contestari licere, nec commissis mariti bonis fisco vindicandum esse.

Art. 12. *„Liphzucht ne kann den vrowen nieman brechen —."*

Emblema.

Per ipsam mulierem abutendo committi usumfructum.

Caput 22. Heredum jura quemadmodum mortis causa donationibus aut venditionibus ex necessitate factis minui possint.

Caput 23. Ad capitis 22 verba: *„vnd sol bereden sine ehaft not"*:

---

1) Suppressis hujus loci verbis: „wilet si vf ir zeswen brvste vnd vf ir zeswem zophe swern —", articulo XII saxonicus scriptor subjunxerat: „Morgengabe mut eyn wiph uph den heiligen wol behalden ane tzcuch."

Bona propter nuptias uxori donata ob urgentem inopiam alienare marito licere.

Caput 24. Ad caput 21. Bona matrimonii causa in uxorem collata retinere eam, si separetur propter illicitas nuptias bona tamen fide contractas.

Art. 12. *„Wirt san eyn man mit rechte von sime wibe gescheiden —.“*

Caput 25. De adeunda hereditate post diem tricesimum.

Art. 13. *„Die erve mut wol varen zu der wedewen in daz gut —.“*

De famulorum mercedibus solvendis.

„Van deme erve sal man allererst gelden deme gesinde verdinete lon —.“

De cibariis inter heredes et defuncti viduam partiendis.

Art. 14. *„Darna mut de vrowe iegen den erven musteilen.“*

Apparatum militarem defuncti heredibus competere.

„So sal de vrowe zu herwede irs mannis swert geben.“

Caput 26. Gladium defuncti seniorem heredem praecipere. Majorem partes facere, eligere minorem.

Art. 15. *„Swar zwene man oder dri zu eyneme herwede geboren sin —.“*

Seniorem patruum defuncti gladium accipere et filiorum tutorem constitui. Bona gladiumque restituenda esse filiis quamprimum ad suam tutelam pervenerint.

„Swar die sone bynnen iren jaren sin.“

Emblema.

Seniorem agnatum legitimam quoque viduae tutelam habere donec ad alias nuptias convolet.

Concesso heredibus militari apparatu mulier matutinalia dona sua accipiat et mobilia bona, exceptis quae hereditatis pars reputantur.

Art. 16. *„Na deme herwede sal daz wiph nemen ir morgengabe und alliz daz zu der rade hort —.“*

Saxonici libri locus inde a sententia: „So sal de vrowe zu herwede irs mannis swert geben", usque ad articuli XVII finem iisdem fere verbis legitur in uratislaviensi quadam membrana [1]), quae creditur ipsum responsi instrumentum esse, quod judices senatoresque magdeburgenses suis signatum nominibus suaeque civitatis sigillo communitum anno MCCLXI ad Henrici ducis preces uratislaviensibus civibus sui juris communicandi causa transmiserint, quodque a duce Henrico civibus suis concessum ejus rei in testimonium ipsius quoque ducis sigillum appensum habeat. Infertur inde tantae eo aevo auctoritatis speculum saxonicum jam fuisse, ut integra ejus loca in jus municipale suum recipere magdeburgenses cives minime dedignati fuerint.

Vix opus est ut moneam, nequaquam constare hunc locum uratislaviensis instrumenti ex saxonico libro fluxisse, si verum est quod supra conjectando proposui, totum hunc locum vetustiori cuidam singulari libello deberi, ex quo in bavaricum quoque librum translatus sit. Sed et egregie falluntur qui pro vero magdeburgensium instrumento illam membranam habent, quam certo certius est in ipsa uratislaviensi civitate, idque jam ante elapsum annum MCCLXI conscriptam esse.

Nemo vel mediocriter in antiquis vernaculi nostri sermonis monumentis versatus non statim videbit instrumentum illud duriori illo idiomate conceptum esse quo Uratislavienses utebantur, non inferioris Saxoniae illa dialecto, quae sola apud Magdeburgenses in usu erat. Nec alia eaque manifestissima argumenta desunt, quae omnino impediunt, quin pro genuino magdeburgensium civium instrumento illa membrana haberi queat. Primum enim nulla praemissa allocutione, quam in municipalium judicum indubitatae fidei responsis nunquam deesse videmus, exhibet documentum illud res articulatim congestas, initium sumens a narratione de condita magdeburgensi civitate, quae libri scriptorem potiusquam judices de jure suo respondentes prodit. Deinde nequaquam par est credere municipales judices de communicando proprio civitatis suae jure interrogatos adeo parvi pendisse autoritatem suam, ut pro concessis sibi privilegiis

---

1) Gaupp, das alte magdeb. Recht, p. 242, §§. 55—59.

rerumque a se judicatarum vel statutarum notitiis triti cujusdam libri lacinias exterae civitati offerre ausi sint.

Tertio autem loco in ea, de qua sermo est, uratislaviensis membranae particula scriptor singulari numero ex sua ipsius persona disserit verbis (§. 58): „Noch ist manegerhande kleinote. daz dar zuo horet. aleine nie benuome ich iz sunderliche nicht", quod a municipalis senatus responso prorsus absonum est. Quinto minime, quod falso creditur, ipsi judices senatoresque magdeburgenses in subscribendam illam tabulam nomina sua dederunt, sed prioris paginae sub finem memoriae tantum causa relatum est, juris regulas, quae praecedunt, haustas esse ex responso, quod judices senatoresque magdeburgenses Henrici ducis precibus morem gerentes in uratislaviensium civium usus communicaverint, hisce sustinendis se adjutores fore promittentes, idque ita factum esse temporibus ante actis, anno videlicet MCCLXI, quo anno judices et de civitatis consilio fuerint viri quorum nomina sequantur[1]).

Sexto post judicum senatorumque magdeburgensium nomina in aversa membranae pagina in media re interrupta argumenti expositio continuatur, et quidem ita ut quae subscripta nomina praecedunt perfecto sensu careant, nisi jungantur in aversa pagina scriptis. Turbatus hic ordo magdeburgensium judicum negligentiae in conficiendo instrumento commissae praeter omnem veri speciem tribuitur[2]).

Septimo appensa quidem illi membranae tam magdeburgensium civium quam Henrici ducis sigilla dicuntur, nec tamen potest, quin ex alio genuino quodam instrumento translata et membranae ut authenticae speciem nancisceretur affiicta sint,

---

1) „Daz recht haben gegeben die biderben sephenen vnnd die ratman van Magdebůrch deme edelen vůrsten herzogen heinriche vnnd sinen bůrgeren von brezlauwe vnnd wollen in daz helfen halden swar so sie is bedůrfen. vnd havent iz getan durch bete herzogen heinriches. vnd der bůrgere von brezlauwe. Vnd iz wart gegeben nach gotes gebůrt uber dusent jar vnd zwei hvndert jar. vnd ein vnd sestich jar. bi den geziten was schepene her Brun u. s. w. Vnd iz was do ratman her bůrchart u. s. w."

2) Gaupp l. cit. p. 58.

quandoquidem nunquam usitatum erat instrumentorum exempla sigillis communire, quarum in subscriptionis clausula non expressa mentio adjiceretur.

Tandem dux Henricus quartus juris municipalis membranam illam in ipsa uratislaviensium civitate ab utraque pagina scriptam esse aperte testatur in diplomate anni MCCLXXXIII, quo civibus concessum juris hujus usum denuo confirmavit[1]).

Scribendae illius membranae causam rationemque, quas aliquantulum subobscurius Henrici ducis verba indicant, tales suspicor fuisse.

Uratislavienses municipes invocantes adversus ducem concessa sibi magdeburgensium jura, quum interpellarentur ut eorum tabulas, prout moris erat, denuo confirmandas novo duci exhiberent, magnas in angustias ceciderant, quippe qui scriniis minus diligenter custoditis magdeburgensis juris exemplo, quod duci offerrent, carebant. Nec tamen defuit illis fallacia, qua socordiae reprehensionem evadere conarentur. Festinantissime enim de jure magdeburgensium municipali vulgatum quendam libellum, cujus a condita civitate principium erat, in membranam conjecerunt. Quo in consilio perficiendo cum scriba interioris membranae extremam usque ad partem opus suum continuasset, nova jam oriebatur molestia. Publica enim instrumenta quum non nisi ab interiori membranae pagina scribi solerent, subscriptione jam opus erat, quam scriptor talem concepit, ut minus attente lecta pro vero magdeburgensium civium testimonio accipi posset. Ipsius autem scriptionis tenor media in re abruptus ne suspicionem moveret, in aversa pagina continuatus est libellus, cui transcribendo interior membranae pars non suffecerat; duci autem municipes exposuerunt jus a magdeburgensibus sibi missum eorum quibus in officio successerant ignavia et ob membranae nimiam brevitatem pluribus articulis omissis in authenticum civitatis suae instrumentum relatum esse,

---

1) Gaupp, p. 251: „propter quod indignacionis nostre sententientes indicia, nostreque postremum gratie reformati pecierunt instancius ut omnia ipsorum jura, que ab utraque pagina conscripserant unius literae continentia concludere dignaremur."

ipsosque se, animadvertentes defectum, quae omissa essent in aversa membranae pagina suppleri fecissent [1]).

Taliter conscripto huic instrumento, cui autentici speciem conciliaverat affixum Henrici tertii ducis sigillum, Henricus dux quartus indignatus quidem est, ex propria civium auctoritate in dorso adscripta quaedam esse, iteratis tamen civium precibus reconciliatus, ut instrumenti vitiis mederetur, utriusque paginae scriptionem suis insertam literis tandem confirmavit.

Uratislaviensis haec juris municipalis tabula maximam quidem partem hausta est ex eodem libello quem jus municipale saxonicum variis tamen auctum accessionibus exhibet. Loca autem de militari apparatu, de usufructuario viduarum jure et de rebus ad muliebrem suppellectilem pertinentibus non huic fonti sed saxonico juris communis libro debentur, cujus exempla interspersis librariorum annotationibus amplificata jam eo tempore necesse est in usum venisse; siquidem in recensendis rebus ad suppellectilem muliebrem pertinentibus tam uratislaviensis tabula quam speculi saxonici in tres libros dispertiti codices ejusmodi observatiunculam exhibent, quae neque in bavarico libro deprehenditur, neque in saxonici libri exemplo quedlinburgensi, quod proxime ad primam hujus libri formam videtur accedere [2]).

---

1) Henrici ducis diploma: „Haec sunt jura quae in Instrumento autentico felicis memoriae patris nostri ducis Heinrici conscripta diligenter invenimus et per eundem indulta civibus antedictis. Que cum per negligentiam aut ignaviam eorum, qui pro tempore fuerant, essent defective propter scedulae brevitatem inscripta, obmissis quibusdam articulis, que Jus predictum nichilominus contingere videbantur, predicti nostri cives, cupientes hujusmodi supplere defectum, obmissos ejusdem juris articulos indiscretis usi consiliis taliter suppleverunt, ut jus quod in originali negligenter extitit praetermissum, in alio latere Instrumenti ejusdem temere ducerent inscribendum."

2) Post verba quedlinburgensis exempli (art. XVI): „ruchelaken unde al gebende", addit uratislaviensis tabula (§. 242): „diz ist daz zuo vrouwen rade horet. Noch ist manegerhande kleinote. daz darzuo horet. aleine nie benuome ich iz sunderliche nicht. alse buorste. vnd schere. vnd spiegele." Similiter saxonici speculi berolinensis codex

Locum bavarici libri de mobilibus defuncti bonis sequentia excipiunt capita, quae ob dissimillima eorum argumenta referenda sunt ad interpretum notas male in continuam libri seriem receptas.

Emblema ad locum qui sequitur.

Art. 17. Clericos quidem, non tamen monachos hereditatis inter fratres partem capere.

Caput 27. Ad capitis 26 verba: *„biz daz si zu jarn choment":*

Art. 17. *„Monekit man eyn kind — gelegit."*

Monasticae professionis voto non teneri impuberes.

Pubertas, si monasticum votum intempestive susceptum dicatur, quemadmodum in utriusque sexus personis probanda sit.

„Deste men disses dinges tuch hebbe."

Caput 28 ad caput praecedens.

Ob monasticae professionis votum invita uxore maritum nec retineri in monasterio posse nec jure communi destitui; militari tamen tam beneficio quam dignitate privari.

„Hat her aver sich begeven ane sines echten wibes willen —."

Emblemata.

Art. 18. 1. Feminas proximiores utriusque sexus cognatos heredes habere; supellectilem muliebrem vero praecipere proximiorem cognatam.

(ed. Homeier) adjicit: „Dit is dat to vrowen rade hort. Noch is manegerhande klenode dat in gehort, al ne nenne ik is nicht sunderliken, als borste, schere, spegele." Alii codices varie haec exempla auxerunt, eodem loco ponentes: „Kemme, niskemme, spillen, wocke, werve, hede, heckele, ribbelappe", quaeque id genus alia. Verba uratislaviensis membranae: „aleine nie benuome ich iz sunderliche nicht" in libri scriptorem, minime vero in judices senatoresque de jure respondentes convenire ipse jam editor notavit (Gaupp l. cit. p. 242). Tanta insuper inter uratislaviensem tabulam et jus municipale saxonicum (art. XXII—XXVI) in omni hac parte rerum differentia apparet, ut Uratislavienses ob magdeburgensium consuetudinum diversitates jus saxonicum commune non inconsulte in subsidium hoc loco adhibuisse veri simillimum sit.

2. Equestris conditionis viros heredes habere proximiores quoscunque cognatos; exuvias tamen militares praecipere proximiorem agnatum, qui natu major sit.

Caput 29. Ad capitis 26 verba: *„Swa zwene man geborn sint zuo einer todleibe":*

Defuncti exuvias equestris tantum ordinis heredes capere. Exuviae quibus constent rebus supra expositum esse.

„Swelk man van ridders art nicht en is an deme zu stat des herschildes. der lazit hinder sich daz erve zu nemene unde nichen herwede."

Caput 30. Vacans hereditas cui competat. Post annum et diem vacantia defuncti bona in fiscum redacta heredibus restituenda esse, qui justam absentiae causam probent.

„Swas so getanes dinges ervelos irstirbt, herwede. oder erve. oder rade. daz sal men antwarden deme richtere —."

Caput 31. Ad caput 30. Liberae conditionis hominibus, consanguineis heredibus destitutis, cui velint mortis causa conferre bona sua licere. Ecclesiarum originarii quadrantem bonorum ecclesiae donent. Ex asse succedere ecclesiam, si nulla mortis causa donatio facta sit.

Caput 32. Ad capitis 30 verba: *„ob iemen darnah chome der sich mit rehte darzuo habe —."*

Emblema.

Anni et diei praescriptionem ad mobilia bona pertinere.

Immobilium rerum vindicationi jure saxonico obstare triginta annorum et insuper anni et diei praescriptionem.

Immobilia bona imperium et alamannicae gentis heredes nulla obstante temporis praescriptione vindicare. Quaenam privilegia Ka-

„Daz riche unde die Swafen ne mogen sich nymber verswigen an irme erbe. die wile se iz tzugen mogen."

rolus magnus in Alamannos ob praestitum sibi in expugnanda urbe Roma auxilium contulerit.

Caput 33. Ad caput 32. Immobilia bona ex jure terrae ubi jaceant vindicanda esse.

Caput 34. Ad capitis 31 verba: „*daz* [*mensche*] *mac sin guot schaffen swar es will*":

Uxorem nisi auctore marito alienandi potestatem non habere, nec marito uxoris bona, ea non consentiente, alienare licere, nisi ob causas de quibus supra in libro dictum sit.

Tertius quidam interpres observatiunculae hoc loco insertae praemisit monitum: stante matrimonio communia conjugum bona esse, soluto autem matrimonio viduae nihil relinqui, praeter res de quibus supra dictum sit.

Caput 35 verbis: „*Ein wip — des er nit geerbet hat*", ad capitis 34 verba: „*ein wip mac ir guotes niht gegeben hin*":

Nec uxorem in virum nec virum in uxorem, quin et neminem omnino heredum, bona, quae ad viventis cujusdam hereditatem pertineant, alienandi potestatem habere.

Art. 19. „—*Jewelk inkomen man untveiet erve binnen deme lande zu Sassen nach des landes rechte unde nicht nach des mannes. her si Baier oder Swaf oder Franke.*"

„*Man unde wiph ne haben nichen tzweit gut zu irme libe. Wiph ne mach ires gudes nicht virgeben weder ires mannis willen. daz her iz durch recht dulden durve.*

Defunctam uxorem superstite marito nihil relinquere praeter supellectilem muliebrem et hereditaria sua bona.

„*Wiph ne mach ires gudes nicht virgeben weder ires mannis willen.*"

Saxonicus scriptor, mutans hujus loci sententiam verbis: „*Swen eyn man wiph nimt* —", observat alienationem uxoris in maritum factam non obstare mulieris here-

dibus; non enim licere marito mutare sibi causam possessionis, quam legitimae tantum tutelae nomine in universis uxoris suae bonis nactus sit.

XI.

Interruptus variis, quas supra recensui, interpolationibus libellus de genuino heredum jure continuatur capitis 35 verbis: „dehein wip mac och niht ze eigen behaben —", quae jungas capitis 26 verbis: „— vnversniteniv linwat. vnd ob vnverworchtes golt oder silber da ist. daz horet die erben an. vnd nit die frowen. dehein wip mac och niht ze eigen behaben daz ir lipgedinge ist —".

Caput 35. Bona usufructuario jure viduae relicta in proprietatem ab ea converti heredibusque suis relinqui non posse.

Art. 19. „*Nichen wiph mach ouch zu eigene behalden ir liphgetzucht* —."

Usumfructum amittere viduam, defuncti bona sibi vindicantem, si causa cadat.

„*Spricht se daz iz ir eigen si* —."

Caput 36 ad verba capitis 35: „*ir lipgedinge.*"

Lit. a. Usumfructum varias ob causas constitui.

Constituto ab ecclesiis usufructu consultius esse instrumenta sibi impetrare, quam in probationibus per testium dicta suscipiendis fiduciam suam ponere.

Ususfructus a laicis concessi instrumenta, si proprietatis dominus sigillo proprio non utatur, civitatis aut ordinarii judicis sigillo communienda esse.

Lit. b. Instrumenta ubi deficiant quemadmodum constitutus probetur ususfructus.

De usufructu ad plurium personarum vitam concedendo.

Bona usufructuario jure concessa non alienanda esse in eorum quibus succedendi jus est praejudicium e. q. s. r.

Caput 37. Finiri usumfructum beneficiario constituentis jure resoluto, salva tamen usufructuarii indemnitate cui de evictione praestanda cautum fuerit.

Caput 38. Posthumum, si vivens natus sit, patri heredem succedere, ipso deinceps defuncto, ejus matri obvenire hereditatem, militaria autem beneficia ad concedentem reverti (conf. jus feud. caput 38).

Art. 20. *„Nu vernemet umme eyn wiph de swauger ist na ires mannes tode"* [1]).

Caput 39. Ad capitis 37 verba: *„het ez der herre do er die libe lech gedinget —":*

Heredibus cedere bonis nulla interveniente judicis auctoritate licere, ita tamen ut dimidium agrum cedens retineat, unde publicis muneribus fatisfieri possit; sed et integri praedii alienationem licet non consentiente judice ratam esse, si modo de publicis servitiis a heredibus praestandis caveatur (*„vnd dient* [lege: *dinget*] *uber er dem rihter sin reht vz —"* [2]).

Art. 21. *„Ane des richteres orlob —."*

---

1) Plura ad hunc locum additamenta saxonicus liber offert, quae nec bavaricus liber habet, nec Alamannorum lex (tit. ed. Walter XCII), quam bavaricus scriptor videtur secutus esse. Pertinent eo: 1. verba: „unde sich barhaft wiset zu der begraft oder zu dem drittegisten"; 2. verba: „unde brickt al gedinge an des vaters lene. went iz levede nach des vater tode"; 3. verba: „also groz daz iz liphaftich mochte wesen."

2) Deest in saxonico loco haec clausula, qua caput bavarici libri 39 ejusdem libri capiti 37 connectitur.

Emblema.

Feudum oblatum accipientis non fieri nisi continuam per annum et diem ejus possessionem retinuerit.

Ad superiorem judicem querelam deferendam esse, si inferior judex alienationibus celebrandis impedimenta non justa faciat.

„Irret die richtere mit unrechte —" [1]).

Emblema.

Art. 22. Ad articuli 21 verbum: *„orlob":* argentifodinas in alieno solo non consentiente domino aperiendas non esse; consentientis autem terrae domini jurisdictionem manere *(„gift er iz orlob").*

Posterior quidam scriptor verba quae praecedunt: *„Al schat under der erde —"*, ob argumenti similitudinem videtur adjecisse.

XII.

Absoluta commentarioli de natalium jure priori parte sequitur in bavarico libro usque ad caput 63 altera ejus pars de causis, ob quas personae genuino suo jure destituantur.

Caput 40. Qui liberi ex natali suo die pro legitime conceptis habendi non sint.

Art. 22. *„Swen daz wiph erst man nimt. wint se kint er ir rechten zit* [*daz daz kint leben muge*]. *men mach iz beschelden.* [supple: *man mag ez ouch beschelden*]. *wen iz zu spate geboren is."*

Emblema.

Ex subsequenti parentum matrimonio liberos illegitime conceptos legitimos non fieri.

1) Querelam saxonicus scriptor notat ad regem, quamprimum in Saxoniam venerit, deferendam esse.

Caput 41. Integrae existimationis non esse gladiatores, qui ad judiciaria certamina suscipienda mercede conduci soleant, item liberos ex justis nuptiis non procreatos, furti latrociniive damnatos, quive de furto latrociniove transegerint.

Illegitime natos recuperare existimationis integritatem si justas ipsi nuptias inierint; nec tamen cognatis ipsos heredes existere.

Caput 42. De pecuniariis furti latrociniique poenis [1]).

Quibusnam in personis proprie latrocinia committi dicantur.

Quibus poenis convicti latrones afficiendi sint.

Latrocinii iterum reos aquae, ferri candidi vel aenei judicio examinandos esse [2]).

Rei latrocinio ablatae duplum restituendam esse.

Caput 43. Proscriptum ex latrocinii causa excommunicandum esse. Proscriptum excommunicatumque post sextam septimanam infamem et juris communione destitutum haberi [3]). Beneficia ejus, cujuscunque conditionis fuerit, vacare domino; salvo tamen heredum successorumque jure.

„Kempen unde ire kinder — die sint verworpen von alme rechte.“

---

1) Conf. ad h. l. statuta augustana in: v. Freyberg, Sammlung teutsch. Rechtsalterthümer. B. 1, p. 56.

2) Supposititium hunc esse locum docet caput 48, ubi eadem fere sententia occurrit, omisso tamen aquae judicio, adjecto autem judiciario certamine.

3) Rectius ab imperio per annum et diem proscriptos juris exules fieri docetur capite 45.

Bona rei commissa pro diversa ejus conditione ecclesiae, laicis principibus vel mancipii domino vindicari [1]).

In mobilibus rei bonis potiorem aliis creditoribus haberi, qui latrocinium passus est.

Caput 44 (Longinquius a librario quodam disjectum) ad capitis 39 verba: *„ditze ist etwa gewonlich. vnd etwa niht“:*

Quaenam locorum consuetudines pro juste receptis habeantur.

Jus vel scriptum vel non scriptum esse.

Scriptae legis vigorem habere jus quod unaquaeque civitas concedente principe ipsa sibi constituerit.

Municipalia statuta adhibito prudentiorum consilio condenda esse.

Caput 45. Proscriptioni coram imperio per annum et diem obnoxios extra juris communionem poni.

Art. 22. *„Die och iar unde tach in des riches achte sin. die teilet men rechtelos.“*

Beneficia eorum ad concedentes reverti; hereditatem redigi ad fiscum regium, salvo tamen intra annum et diem heredum jure, aut post annum et diem, si prius petendae hereditatis justa ab ipsis impedimenta allegentur.

„Unde men verteilet en eigen unde len — daz sal men bewisen alse recht is.“

Recentiorem manum produnt verba: *„versument si daz iar — swie lange ez vz in gewer ist.“*

Caput 46. Clientium originariorumque bona in patroni domi-

Art. 22. *„Dienstmanne eigen ne mach in die konigclige gewalt*

1) Conf. caput 46.

nive fraudem fisco vindicanda non esse; salva tamen damni restitutione, judicisque mulcta inde solvenda.

Caput 47 ad capitis 41 verba: *„vnd alle die unelichen geborn sint":*

Naturales liberos ex subsequenti matrimonio justos non fieri.

Pontificio et caesareo jure natalium quidem maculam deleri, nec tamen effici posse ut in capiendis hereditatibus eodem quo justi liberi loco habeantur.

Justos liberos quorum parentes ex justis nuptiis procreati non sint, legitimos tamen eorum heredes esse.

Caput 48. Ex furti latrociniique causa infames si altera vice ejusdem criminis rei fiant ferri candidi, aenei aut pugilum certaminis quod „campum" dicunt, judicio examinandos esse.

Caput 49. Fractae fidei reos et imperii exercitus desertores hereditatem et militaria beneficia committere, nec tamen capitis discrimen pati.

Si ipse princeps in fugam vertatur, fugae socios non infideles existimari.

Caput 50. Famosum esse tutelae judicium.

nicht komen noch uz irs herren walt ob sie sich verwirken an irme rechte."

Emblema.

Maximam capitis deminutionem passo justos non procreari liberos, nisi in juris integritatem ab imperatore restituatur ob res adversus regium imperii hostem praeclare in prima acie gestas.

Art. 23. *„Di ir recht mit roube oder mit duve virloren hebben —."*

Art. 23. *„Swer so trüwelos beredet wirt oder herefluchtich von sime rechten herren. deme virdelit men sin ere unde sin lenrecht unde nicht sin liph."*

Art. 24. *„Claget maget oder wedeve zu lantrechte over iren voremunden —."*

Remoto legitimo tutore judicis esse tutoris dationem.

Tutor perfidiae quibusnam testimoniis convincendus sit.

„*Men sal in balemunden. daz ist. man sal ime virteilen alle vormuntschaph. sint sie die richtere der vrowen vormunde.*"

XIII.

Loco de tutorum perfidia subnectitur in bavarico libro commentariolus de tutelarum curationumque jure, qui utrum ab ipso libri auctore compositus, an aliunde petitus sit, in medio relinquam. Pertinent eo paucis exceptis capita a quinquagesimo usque ad septuagesimum nonum. Capita tamen quae quinquagesimum nonum antecedunt perfecto jam libro inserta credere malim, partim ob rerum propositarum ineptias ordinemque saepius turbatum, partim quod capitis demum quinquagesimi noni principio scriptor indicat agendum hic esse de personis, quibus tutelae curationesve committendae sint. Locus enim capitis 50: „vnd daz er nimmer phleger me mac gesin", continuari videtur capitis 59 verbis: „Hie solen wir sprechen wer zerehte phleger mac gesin oder wer sin nit mac gesin."

Videamus primum quaenam argumenta male a librariis hic inserta appareant.

Caput 51. Exacto decimo octavo aetatis anno regere unicuique si velit se ipsum licere. Karolum tamen magnum statuisse minoribus viginti quinque annis curatores petendos esse.

Art. 25. „*Er sinen tagen und na sinen tagen mut die man wol vormunde haben. ob her iz bedarph.*"

Caput 52. Puberem, i. e. quatuordecim annorum juvenem existimari, qui stratore adhibito equum gladio cinctus et lancea scutoque armatus ascendere, et vehi equo per duas horas valeat.

Caput 53. Tutoris auctoritate ubi reo opus sit, diem a judice dandum esse, ut tutor ad causam vocetur.

Art. 25. „*Swer sines vormunder zu hant nicht ne hat sol ene brengen zu me nahesten tage die uzgeleget wirt von gerichtes halven umme sine clage.*"

Caput 54. Errare qui sexagenorios decrepitae aetatis dicant, sacras enim scripturas docere extremam vitae humanae aetatem annum octagesimum esse.

Art. 25. *„Over eyn unde zwenzig iar so is die man zu sinen tagen komen. ober seczig iar so is her boven sine tage comen alse her vormunde haben sol ob her wil. unde ne krenket da mede sine bute nicht noch sin wergelt.“*

Caput 55. Quatuordecim annorum filium qui patre vel curatore invito uxorem duxerit eamque cognoverit, separandum non esse. Similiter ratas esse feminae nuptias inconsultis vel patre vel amicis initas post aetatis duodecimum annum.

Juvenis autem an quatuordecim annorum sit quemadmodum examinetur supra (capite 52) dictum esse.

Emblema.

„Swelkes mannes alder men nicht ne weiz —“ [1]).

---

1) Puberes quibus standi in judicio persona erat ex lege salica (ed. Merkel tit. XXIV, §. 1 coll. Cap. legi sal. add. anni 819 capite 5; Perz I, 225) censebantur mares exacto aetatis anno duodecimo; ex antiqua autem riparensium Francorum consuetudine (Lex Rib. tit. 79) puberes existimabantur quatuordecim annorum pueri, quod jus in Francogallorum recentiorem quoque usum (Etabl. de St. Louis I, 142) et a Normannis in Angliam (Fleta I. c. 11, §. 7) translatum ab orientalibus Francis in communem patriam consuetudinem venisse probat bavaricus liber capitibus 27, 55, 60, 63, 177, 247. Eandem Saxones quoque regulam professos esse, licet de annis in nostro libro expresse nihil scriptum sit, indicat tamen locus supra allegatus (ed. Hom. I, art. 42, §. 1), haustus ex bavarici libri capite 27, apertiusque id testatur vetus ad hunc locum interpres, notans differre a jure communi jus feudale, quod servata antiqua salicae legis norma impuberem aetatem clausit annis duodecim (cf. jus feud. sax. ed. Hom. art. 26, §. 1).

Perfectae autem aetatis pubertatisque differentia ab equestris conditionis hominibus originem coepit. Erat enim vicesimus primus aetatis annus capessendi cinguli militaris tempus, ex quo militari obsequio adstrictos nec alios milites ad principis judicia exercitumque suo loco mittere, nec judiciaria, ubi opus esset, certamina defensoribus susti-

XIV.

Bavarici libri capita 56—58 turbato ordine huc disjecta manifestum est pertinere ad capitis 45 verba: „ez versprechen

nenda committere licebat. Sequebatur inde nec ad sententias proferendas neque ad testimonia dicenda admittendos esse imperfectae aetatis homines, quos provocatos ad tuendam dictorum veritatem armis ipsos contendere, si nolerent, opus non erat. In antiqua hac juris regula nituntur bavarici libri prooemium sub lit. g verbis: „so er zesinen tagen vollechomen ist. daz ist so er einz vnd zwainzec iar alt ist"; et caput 86 ubi requiritur judicem majorem anno vicesimo primo esse.

Perfecta octodecim annorum aetas, quam in praestanda jurisjurandi fide testimoniisque recipiendis observatam esse docet bavaricus de jure feudali liber capite 48 verbis: „wil aber sin vormvnt. er swert dannoch für in wol. vntz er kumet hin ze ahzehen iaren", et capite 49 verbis: „vnde ez mag niemans gezivg sin. vntz daz ez ahtzehen iar alt wirt" in meridionalis Germaniae usus introducta est ex Langobardorum jure, de quo videatur Lutprandi regis edictum anno ejus regni XIX promulgatum (ed. Walter, cap. CXVII) et Friderici primi imperatoris edictalis lex anni 1158 (Radevicus de gestis Frid. imp. II, c. 7 et pr. F. II, 53) verbis „a decimo octavo anno usque."

Saxonicus scriptor in juris feudalis libro (art. 26) vetustiorem de perfectae aetatis diebus patrium tuetur morem, cui convenit et Francogallorum consuetudo (Établissements de St. Louis I, c. 73, 142).

Decrepita aetas militiae vacationem tribuebat. Sexagenarios a nonnullis eo loco positos esse bavarici libri locus indicat, quam doctrinam saxonicus scriptor amplexus est; sed merito eam bavaricus scriptor reprobavit opinionem, omni destitutam auctoritate, quamque falsam esse docet tam Isidorus, sextam vitae humanae aetatem, senilem vocari solitam, ab anno demum septuagesimo computans, quam Fridericus imperator, qui edictali sua lege superius a me laudata militiae tempus ad annum usque septuagesimum extendi voluit. Loco autem bavarici libri de octagesimo anno comparandum est caput 86 ubi de udice dicitur: „er sol ouch vnder eines vnd zweinzeg iaren niut sin. an dem alter. er sol ueber ahzeg iar niut sin."

Perfectae aetatis in celebrandis ecclesiasticis synodis ex juris romani doctrina habebantur non nisi majores viginti quinque annis, teste bavarici libri capite 140; quam ecclesiastici et laicorum juris differentiam intactam reliquisse saxonicum librum (lib. I. art. 2, §. 1) minime

danne die erben. inner iar vnd tage als recht ist mit gezivgen daz ez ir reht erbe svl sin."

Caput 56. Jure caesareo usucapionem mobilium rerum bona fide possessarum triennii, immobilium decem, et extra patriam absente

---

mirandum est, si memineris totum ejus de ecclesiasticis synodis locum ex eo profectum esse quod de placitis generalibus per episcopatus terrasve celebrandis in bavarico libro dicta male ad synodales conventus saxonicus scriptor transtulerit.

Attentius denique utriusque libri de diversis hominum aetatibus loca conferentes fugere nequit, desudasse saxonicum scriptorem quo meliori modo aptaret lacinias, quas temere a librariis consutas in bavarico libro invenerat. Quo in consilio quam parum feliciter res acta sit en novum tibi exemplum. Juveni cui ob ductam invito patre uxorem puerilis aetatis quaestio moveretur bavarici libri caput 55 militaribus exercitiis adeptae pubertatis specimina (c. 52) edenda esse dixerat. Saxonicus autem scriptor an ducendae uxori aptus fuerit ex aliis potius indiciis discernendum esse ratus transtulit huc, suppressa tamen proposita bavarici libri specie, neglectum prius bavarici libri locum capitis 27, ubi naturalia pubertatis indicia non aliam ob causam investiganda dicuntur, quam quod stultum fuisset militaris palestrae virtutem in eo experiri velle, qui inter monachos vitam hucusque degerit, maximeque quum intererat ejus qui monasticae regulae vinculis eximi cuperet, pro nondum pubere haberi. Immo et bavarici libri locum de edendis adolescentiae speciminibus, cui conferenda sunt celeberrima Taciti verba:

> „arma sumere non ante cuiquam moris quam civitas suffecturum probaverit. Tum in ipso concilio vel principum aliquis vel pater vel propinquus scuto frameaque juvenem ornat. haec apud illos toga. hic primus juventae honos. ante hoc domus pars videntur. mox reipublicae."

quam potest infelicissime saxonicus scriptor senibus applicavit (libri I. art. 52, §. 2), tradens hereditatem mortis causa donationibus minuere nemini licere, qui adeo decrepitus sit, ut non armatus, sicut in bavarico libro dictum est, nisi exercere, ascendere saltem equum valeat. Quam stulte in convertendo loci hujus sensu saxonicus scriptor versatus sit repetita ex bavarico libro verba produnt, quae ad juvenes non ad senes examinandos pertinuisse equestre illud specimen extra dubium ponunt. Patet enim lapidem truncumve pedis altitudinem habentem in equum ascendenti non ob infirmitatem sed ob corporis nondum adulti brevitatem concessum esse.

domino viginti annorum esse, exceptis tamen imperii bonis et Alamannorum hereditatibus, de quibus supra scriptum sit.

Civitatibus quoque imperatores singularia statuisse jura, confirmata insuper bona earum consuetudine, cui juris communis hoc libro minime derogetur.

Caput 57. Usucapi res furtivas non posse.

Caput 58. Alienatis ex hereditate rebus furtivis electionem domino esse utrum vindicare eas malit an condictione furtiva experiri adversus defuncti heredes, ut extorquetur illis hereditatis lucrum.

XV.

Commentariolus de tutelis, quem a Bavarici libri capite 59 incipere supra monui, eo jam tempore in meridionali Germania praevaluisse juris romani usum probat, servata tamen antiqua patria consuetudine in causis feudalibus potissimum et publicis.

Distinguuntur enim impuberes et puberes viginti quinque annis minores. Utriusque aetatis filios, qui in patria potestate constituti non essent, oportebat subesse defensoribus, quos scriptor notat pro varia locorum consuetudine vocatos esse tutores, curatores, advocatos, juvenum satellites vel custodes, nullo tamen ex officii natura nominis discrimine facto[1]).

Tutelae munus personis tantum concedebatur majoribus viginti quinque annis (c. 59).

Impuberibus tutores constituebat judex magistratusve, eligens agnatos potissimum, agnatis deficientibus cognatos vel parentum consortes (c. 59), servata defuncti patris suprema voluntate (c. 65).

Remota antiqua quam vocant fructuaria tutela bonorum administratio tutori rationes reddituro committebatur (c. 63). Adversus male gerentes conquerentibus pupilli cognatis, vel deferente loci magistratu vel ex suo ipsius officio extra ordinem procedens judex subveniebat (c. 63, 66, 67).

---

1) „Der kinde vnd der frowen phleger. die heizent etwa ein voget. etwa ein phleger. etwa sicherboten. etwa behalter. die svln alle getriwe livte sin. in der shrift da sint si gesvndert an ir rehte. aber in leigen gerihte da haben wir einz als daz ander."

Adepta pubertate minoribus ex justa causa mutare tutorem, non inconsultis tamen propinquis, licebat (c. 59, 63).

Impuberes neque alienando sine tutore accipientis rem facere, nec promittendo obligari poterant (c. 60, 63).

Post pubertatis annos minoribus concedi bonorum administratio solebat, ita tamen ut ratum non haberetur quodcunque inconsultis tutoribus gessissent, qui adultorum quoque curatores vocati, ob res minus utiliter gestas rationibus reddendis obstricti non erant[1]) (c. 64).

Videamus hic primum bavarici libri singula huc pertinentia capita, quibus saxonicus scriptor omnino abstinuit.

Caput 59. Minorum defensores vocari tutores, curatores, advocatos, juvenum comites vel custodes, nec sicut in jure scripto tutelas curationesve nominibus discerni; in omnibus tamen aequaliter fidem spectari.

Neminem ad ejusmodi munera admittendum esse qui ipse viginti quinque annis minor sit, aut rerum gerendarum peritia plenoque sensuum usu careat.

Tutoris curatorisque dationem esse apud locorum judicem, civitatisve vel principem vel defensorem. Eligendos esse pupilli pares, praecipue agnatos, hisce deficientibus cognatos, si nec cognati inveniantur quemcunque meliorem inter ipsius jurisdictionis homines.

Quatuordecim annorum juvenem, itemque duodecim annorum puellam juste mutare defensorem, qui male de ipsis egerit.

Caput 60. Rata non esse quae minor quatuordecim annis sine tutoris auctoritate gesserit; traditio autem si subsecuta fuerit, bona alienata tutori negotium ratum non habenti restituenda esse.

Mulcta afficiendum praeterea esse qui aleam ludens lucrari a pupillo conatus sit.

Caput 61 Patri vindicationem rerum concedi, quas filius minor viginti quinque annis, neque propriam bonorum administrationem habens in aleae lusu victus dissipaverit.

Caput 62. Conqueri de tutore coram judice, civitatis

---

1) „Nv sprechent wir von den die vberphleger soln han vnz ze funf vnd zweinzec iarn. swaz die getuont mit ir phlegaern. daz sol staete sin. daz stet an der phlegaer triwen."

principe vel defensore pupilli cognatis licere. Judicis quoque officio contineri tutorum male gerentium coercitionem.

Perfidum tutorem infamia notari, nec deinceps tutelae curationisve munus illi committendum esse.

Caput 63 a verbis: „vnde als daz kind ze vierzehen iarn kvmt." Mutare tutorem puberi licere, etiamsi male tutor versatus non sit. Prudentium tamen amicorum consilio, nec temere optionem faciendam esse; quod si secus factum fuerit irritam a judice eam optionem faciendam prudentiumque amicorum consilio priorem tutorem, qui probe res suas gesserit, in tutelae munus restituendum esse.

Caput 63 a verbis: „Ein jechelich ivngelinc." Minores viginti quinque annis curatores habeant, quibus inconsultis disponere eis de rebus suis non liceat.

Caput 63 a verbis: „vnd ist daz der phlegaer stirbet." Defuncto tutore pupillaria bona ubi inveniantur vindicanda esse.

Caput 63 a verbis: „vnd hat daz kint sin gůt ufgegeben mit sinr hant." Teneri tutoris heredes pro hereditatis emolumento de bonorum alienatorum pretiis, quae non prout debuit in rem pupillarem versa fuerint. Hereditatis emolumentum non censeri res, quas tutor, priusquam tutelae judicio conveniretur, in heredes suos alienaverit.

Caput 64. Rata esse quae consultis curatoribus minores viginti quinque annis gesserint [1]). Tutelae judicio curatores minus utile consilium dantes obnoxios non esse.

Caput 64. A verbis „In swes gewalt" ad capitis 63 verba: „vnd ist daz der phlegaer stirbet. so sol daz kint sin gůt vordern. in swez gewalt ez daz vindet": absolvi reum qui dum vivat tutor semet tertius, ut dicitur probet, rei alienatae pretium in pupilli utilitatem conversum aut alia inde pupillaria bona comparata esse. Defuncto autem tutore septem testium, qui ejusdem qua pupillus conditionis sint, in ea probatione testimonia requiri.

---

1) Jungenda videntur capitum 63 et 64 verba sequentem in modum: (cap. 63) „vnde wirt ein phlegaer den iht ane mit der kinder hant. daz sol er ine ze nvtze anlegen. vnd tůt er in iht daz niht gůt ist. als si zir tagen sint komen. si sprechent in wol darvmbe an. vnd er můz in antwvrten. Ein jegelich ivngeling sol phlegaer haben vnz fvnf vnd zweinzec iarn. die wile sol er mit sinem gůte niht zutůnne han an siner phlegaer. (Cap. 64): Die vberphlegaer svln han vnz ze fvnf vnd zweinzec iarn. swaz die getůnt mit ir phlegaern. daz sol stete sin. daz stet an der phlegaer triwen. wan div kint sint dannoh so witzic niht. daz si sich bewarn kvnnen."

Caput 64 ad ejusdem capitis verba: „die dez kindes genoz sin": Pupillum si ex personarum illustrium ordine (sempervri) sit, convincendum esse illustrium personarum dictis; adversus alios pupillos cujusvis ordines testes, illaesae tamen existimationis, admitti; excipi lenones itemque servilis conditionis homines. Equestris ordinis viros, si capitis hereditatisve controversia vertatur perinde ac illustres personas inferioris conditionis testibus convinci non posse; aliis civilibus in causis ipsos unumquemque illaesae existimationis hominem in testimoniis dicendis sibi parem habere. Adversus furti latrociniive autem reos quacunque dignitate praediti inveniantur, quoscunque testes audiri, modo nec juris communione destituti nec infamia notati sint[1]).

Caput 65. Ad capitis 63 verba: „Vnde wirt ein phlegaer gevangen": tutori peregrinationem inituro similiter ut capto alium interim tutorem, qui ejus vices gerat, substituendum esse.

Caput 65 a verbis: „Ez mac ein vater": tutori quem vivens pater constituisset concedendam esse personae rerumque pupilli defensionem; sed juste removeri eum si data sibi potestate abutatur.

Caput 66 ad capitis 62 verba: „man sol in palmunden": quaenam personae ex suspicionis causa a tutelis vel arcendae vel removendae sint.

Tutelae judicio condemnatum vel manum perdere, vel decem libris judici solvendis, quodcunque actor elegerit, mulctandum esse.

XVI.

Reliqua bavarici libri de tutelis loca saxonico libro qua tenus conveniant subjuncta utriusque operis argumentorum brevis expositio ostendet.

Caput 67 lit. a ad capitis 66 locum (lit. c): *„Swer sine triwe niht behaltet":* Conquerente adversus tutorem vel puella vel vidua citandum coram judice reum, et causa cognita prout supra dictum est, condemnandum esse.

Art. 27 a verbis: *„Claget och maget oder wedewe zu lantdinge —."*

Mulieri ad sustinendam actionem judicis officio tutorem constituendum esse; itemque uxori quotiescunque rerum alienationes coram judicio inter conjuges celebrandae sint.

---

1) Conf. cap. 278.

Caput 67 lit. b. Maritum, licet inferioris conditionis, legitimum tamen uxoris tutorem esse, ex quo thorum ejus conscenderit uxor ejusque consors facta fuerit.

Ingenuae feminae, quae servilis conditionis marito nupserit, partum deteriorem conditionem sequi. Soluto tamen matrimonio viduam in pristinum libertatis statum reverti, liberosque, quos liberum ducens maritum susceperit, ingenuos haberi.

Caput 68 lit. a. b. Ingenuum nasci ex matre, quae libera fuit eo tempore, quo nascitur, licet ancilla mater conceperit, et e contrario, si libera conceperit, deinde ancilla pariat, qui nascitur, liberum nasci (ex Marciani loco in l. 5, §. 2 de statu hominum).

Caput 68 lit. b a verbis: *„wir han daz von der script"*:

Reprobari hominum servitutem sacris scripturis. Introductam injustis oppressionibus servitutem esse, nec ratum haberi, si contradicentibus heredibus mancipio liber homo dari voluerit.

Caput 68 lit. c. Mancipia habere ingenuis tantum ecclesiisque concessum esse. Servos (*„alle dienstmann"*) ex jure scripto (*„an der shrift"*) alieni juris esse, unde ipsi servos sibi subjectos habere nequeant; peculiaria quorum ser-

Art. 28. *„Al ne sy eyn man sime wibe nicht evenbordich. her is doch ir vormunde. unde si is sin genotinne. unde trit in sin recht. swen sie in sin bette geit. swen aver her stirft. so is sie ledich von sime rechte unde behald recht na irer bord"* [1]).

1) Explicans saxonicus scriptor hunc locum adjecit: „darumme mut ir vormunde sin ir naheste evenborde swert mach. unde nicht ires mannis."

vitiis utantur mancipia revera non ipsorum esse, sed ecclesiarum principumve quibus et ipsi obediant.

Caput 69 ad capitis 68 verba: *„alle dienstmann —":*

Servorum numero non reputari, qui magnis quatuor principum tam ecclesiasticorum quam laicorum ministeriis fungantur, i. e. dapiferi, stabuli comitis, aerarii custodis et pincernae; ejusmodi enim servitia praecipuae dignitatis hominibus committenda esse; denique mancipia habenda concedi liberis hominibus, quorum majores quive ipsi spontanea principum obsequia intraverint. Servorum dominos esse oportere vel illustres vel equestris originis personas.

Caput 70 lit. a. Magna principum officia subjectis quondam principibus auctisque aliorum principum possessionibus originem debere.

In libere militantium ordinem non promoveri equitum originarios, translatis eorum in principes servitiis.

Similiter ex principum subjectionibus regalem ortam esse potentiam.

Caput 70 lit. b. Illustrium personarum loco neminem haberi, cujus non pater aeque ac mater illustres fuissent. Similiter in equestri ordine parentum natales spectari.

Equestris ordinis patri ex illustri matre equestris ordinis liberos nasci, itemque ex matre non illustri illustrium ordinis patri.

Inepte comparantur illustres, equestris ordo, liberique homines militari dignitate carentes differentiae, quam jus romanum statuit inter ingenuos, libertinos caeterosque liberos homines.

Caput 71. Ipso jure liberari servum, cui aegroto opibusque destituto dominus curam domumque recusaverit.

Caput 72. Manumittere minoribus decimo septimo anno, neque ipsis, neque eorum tutoribus permitti, ex jure autem scripto nec ratam esse libertatem, quam minor viginti quinque annis adolescens dederit. Differre tamen ea in re locorum consuetudines, aetatem manumissoris requirentes vel decem et septem, sicut dictum est, annorum, vel in puellis sedecim, vel etiam quatuordecim. Revocari in servitutem manumissos quorum minor legitima aetate manumissor fuerit.

Ad verba: „*wir haben an der shrift*": Ejusmodi manumissionibus legem „essenciam", intellige: „Aeliam Sentiam" impedimento esse.

Ademptae omnimodo ante legitimos annos manumissionum licentiae causam esse consilii imprudentiam; nec tamen caeteris viginti quinque annis minoribus manumittere inconsultis curatoribus licere.

Caput 73. Juris auctores de proprii perinde ac de alieni servi nece homicidam capite puniri voluisse.

Caput 73 lit. b. Manumissos a viro dotales servos necdum soluto matrimonio in servitutem revocare

si uxor velit, audiendam esse, modo juret libertatem non ex sua voluntate concessam esse.

Caput 74. Uxori alienare nisi interveniente mariti auctoritati nec ejus bona, nec res proprio vel usufructuario jure sibi competentes licere, quum tutoris instar maritus sit; perfectae aetatis puellas alienandi potestatem habere, adhibito tamen, ubi opus sit, heredum consensu.

Art. 28. „*Ein wiph ne mach ouch an ires mannes gelof nicht ires gudes vergeben* —."

Caput 75. Causarum patrono coram judicio mulieribus opus esse. Absente ex peregrinationis causa marito defensorem uxori a judice dandum esse vel ipsius vel mariti cognatum, quo plenior causae discussio procedat, nec probationibus, ubi ad judiciarium certamen confugiendum sit, impedimentum fiat.

Art. 29. „*Maget unde wiph muzen vormunde haben an iewelker klage* —."

Jus jurandum ubi requiratur ab ipsa muliere praestandum esse.

„*Swar iz den vrowen zu eiden kumt. den solen se selben tun* —."

Satis dandum mulieris nomine tutori esse.

„*De vormunde von gerichtes halben sol ouch gewere vor se geloben* —" [1]).

Nec militaria nec alia obsequia, nisi necessitas urgeat, requirenda a mulieribus esse.

---

1) Addit saxonicus scriptor defensorem a judice mulieri constitutum ex interposita cautione de lite tantum vel prosequenda vel prout judiciorum ordo postulat suscipienda teneri; finito autem judicio finiri quoque munus ejus. Denique in singulam unamquamque causam a judice defensorem constituendum esse.

Optivi tutoris munus cessare vel reduce marito vel mutata uxoris eligentis voluntate.

Caput 76. Prodigo marito dotalium rerum administratione interdicendum esse; translata bonorum possessione in ipsam mulierem tutoremque ea de causa illi constituendum. Idem in matutinalibus donis servandum esse.

Caput 77. Spuriis proscriptisve defensorem a judice constituendum non esse.

Art. 30. *„Alle die in unecht geboren sin —."*

Excepi tamen spurios qui legitimas ipsi nuptias contraxerint.

Caput 78. Mutilo ad judiciarium certamen provocato diem dandum esse, quo defensorem, illaesae tamen existimationis, ad suscipiendam contentionem suo loco ponat.

„Lame lute sollen ouch antworten unde clagen ane vormunde. iz ne si daz die clage zu kampe ga —."

Mutilo vel oculis vitiato conducere defensorem licere.

„Ne mach der lame man. ob men in zu kamphe gruzet. sines rechten vormunden nicht haben —."

Adjicitur: 1. nec legitimum tutorem habenti negandum esse defensorem mercede conductum;

2. conducto defensori ejusdem conditionis adversarium opponere ignominiosum non esse;

3. defuncti quoque defensionem committere gladiatori conducto licere;

4. illaesae autem existimationis homini conducti gladiatoris contentionem suscipiendam non esse;

5. artem ludicram exercentes spuriosque non aequiparari furibus

Si infirmus ad judiciarium certamen provocatus quaerere sibi defensorem negligat, ejus pecunia judex gladiatorem ad sustinendum certaminis periculum conducat, non tamen plus dimidia facultatum parte in solvendam mercedem impensurus.

Caput 79. Semet ipsum defendens qui hominem ubi nulli adfuerint testes occiderit, sine mora judicem adeat, ejus se custodiae offerens.

Homicidii si reus fiat, in medium proferatur occisi corpus. Utraque pars defensores

latronibusque, ut conductorum gladiatorum victoria criminis convinci possint.

6. (art. 31) Differre juris communione destitutos et infamia tantum notatos. Horum matrimonia justa, liberosque inde susceptos legitimos utriusque parentis heredes esse, nisi natalium disparitas aut conditio servilis ab una alterave parentum parte impedimento sint.

Integrae existimationis haberi, cujus nec parentes nec avi aviaeque infamia notati fuerint, donec maleficiis ipse famam perdat;

7. (art. 32) provocare ad judiciarium certamen equestris ordinis viros nonnisi suimet paribus permissum esse, qui domi probent in judicio sedem sibi concessam esse, et equestrem suam originem ab avis aviisque deducant;

8. mulctari qui ad judiciarium per arma discrimen, ubi non licet, adversarium provocaverit.

accipiat. Reus absolvetur si inculpatae tutelae moderamine se usum esse juraverit. Siquis vero interfecti cognatus ad certaminis judiciarii discrimen reum provocet, suimet pari pugnam ille non recuset.

XVII.

Post titulum de ducibus Bajuariorum lex sequentes exhibet rubricas:

III. de liberis quomodo componantur,
IV. de liberis, qui per manum dimissi sunt liberi, quod „frilaz" vocant, quomodo componantur,
V. de servis quomodo componantur,
VI. de nuptiis et operationibus illicitis prohibendis,
VII. de uxoribus et causis quae saepe contingunt,
VIII. de furto,
IX. de incendio domorum et earum compositione.

Procul dubio adnotationibus ea legis pars non caruit, quas tamen ob mutatam omnimodo poenarum rationem magnasque locorum consuetudinis differentias in coercendis criminibus primus juris communis libri concinnator non imprudenter omisit, ad supplendam eam lacunam argumenta, de quibus supra disseruimus, convertens. Posterior quidam scriptor minus in eo recte judicans, praetermissis bavaricae legis titulis accommodavit mosaicarum de poenis legum brevem expositionem, quae juris communis libri capite continetur ducentesimo primo.

XVIII.

Subjunguntur bavaricae legis tituli, cohaerentes sibi:

X. de violentia,
XI. de terminis ruptis.

Pertinet eo juris communis libri caput 81 cujus interpretationem continet male praemissum nunc caput 80.

Saxonicum scriptorem plura hic inseruisse, quae subobscuriorem reddunt pristinam argumentorum seriem, subjuncta monstrabit tabula.

Art. 32 a verbis: *„Ane erven gelof":*

Mancipia terrasque alienanti proximiorum heredum consensu opus esse, alioquin post ejus mortem alienatarum rerum vindicationem heredibus competere. Mobilium rerum donationes obstare heredibus etiam inconsultis, si factae fuerint tempore, quo armatus equum ascendere donator valuerit.

Art. 33. De rebus quae letali morbo affectus alienaverit heredibus nec viduam nec defuncti famulos teneri; salva adversus possidentem rei alienatae vindicatione. Viduam heredibus non ultra id teneri, quod possidens defunctus reliquit.

Caput 80 ad capitis quod sequitur verba: *„Swer gewette oder bůzze nvit git ze rehten tagen. der fronebotte sol in phenden":*

Pecuniarias poenas actori luendas aestimari ex bona locorum consuetudine. Judici nonnunquam ob turbatum judiciarium ordinem mulctas deberi, ubi adversario nihil luendum sit.

Art. 34. *„Swer so nicht en volget als men daz geruchte schriet —."*

Caput 81. Vindicantem absoluto reo poenas non incurrere, si abstinuerit vi privata.

Qui adhibita vi adversarium dejecerit eo tempore, quo pax jurata fuerit, fractae pacis reum esse; vim alio tempore adhibitam pecunia ex locorum consuetudine lui.

Art. 35. *„Sprichet die man gut an. unde claget her dar uph. unde wirt her mit rechte dar abe gewiset. her blibit iz ane buze —."*

XIX.

Titulo bajuariorum legis:

XII. de pignoribus

sequentia conveniunt argumenta.

Caput 81 a verbis: *„Swer gewette oder bůzze nvit git ze rehten tagen":* Ob non solutas pecuniarias poenas pignora quemadmodum capienda et distrahenda sint.

Art. 35. *„Swer wedde unde buze nicht ne gibt zu rechten tagen —."*

Caput 82 ad capitis 80 verba: *„Doch wettet man dem rihter dicke — da der clager. noch der vf den div clage da gat. deheine bůzze an gewinnent":*

Quibusdam in causis non semel sed tripliciter malefacta luenda esse; qui enim in ecclesia vel cimeterio deliquerit, ex delicto tam laeso obligari quam ecclesiastici laicique judicis mulcta affici.

Art. 35. *„Nyeman ne weddet um eyne sache twies —."*

Caput 83. A colonis pignora pro his quae domini debeant, exigenda non esse, nisi quatenus et ipsi domino de non soluta mercede teneantur.

Art. 36. *„Iz ne sol nichen tins man von sinen herren phant dulden boven sinen tins den her alle iar gelden sol."*

Ecclesiarum coloni ne injustis ecclesiae militum exactionibus fatigentur.

Caput 84. De colonis ob non solutum canonem vel excutiendis vel expellendis.

Art. 36. *„Swer sinen tins zu rechten tagen nicht ne gibt —."*

Caput 85 ad bavaricae legis verba (cap. h. t. 1): *„pignerare nemini liceat nisi per jussionem judicis":*

pignora injussu judicis capere licere fundi domino ob non solutam locationis mercedem.

Si ipse fundi dominus jurisdictionem in eo loco non habeat, impedita pignoris capione judicis auxilium imploret, qui comitem illi adjutoremque apparitorem concedat. Reum, qui pignora capi noluerit, mulcta ex loci consuetudine afficiendum esse.

Art. 36. „*Die herre mut wol phanden uphe sime gude umme sin geld. daz men ime von sime gude schuldich is. an des richteres orlof.*"

XX.

Privatam vim ubi adhibere non licebat, ad judicis auxilium ut decurreretur necessarium erat, unde convenientissimus hic se locus offerebat, cui insereretur de judiciario ordine libellus, aut saltem notarum ea de re collectio, quam operis partem ad Tancredi bononiensis libros compositam esse in speciminis hujus exordio indicavi. Quam accurate capitum huc pertinentium auctor ad exemplum illud in disponenda argumentorum serie se conformaverit jam singulas eorum particulas expendens ob oculos hic ponam.

XXI.

Tancredi ordo judiciarius.

Pars prima.

De personis quae debent consistere in judicium.

XXII.

I. De judicibus ordinariis.
II. De judicibus delegatis.
III. De arbitris.

Caput 86. Quoscunque judices eligendos esse.

Quaenam personae idonei judices non sint.

Quibus quatuor virtutibus judicem praeditum esse oporteat.

Art. 37. „*Al werlich gerichte hat begin van kore. darumme ne mach nichen sat man richtere sin. noch niemann. her ne si geboren oder belent richtere.*"

Lit. b. Jus ex prudentium virorum sententiis dicendum esse. Nihil excepta mulcta sibi concessa exigat judex.

Lit. c. Judae traditori aequiparatur judex muneribus corruptus. De judice qui litem suam faciat.

Absente ordinario judice ut de recens commisso crimine judicetur vicorum judicem eligendum esse.

Vicorum judicem nec solenniter constitui, nec obsequium illi praestandum esse, sed a libero rusticorum arbitrio judiciariam ejus potestatem proficisci, sive ob criminis recens commissi vindictam sive ad tempus certum electio ejus facta sit.

Si nox intercesserit, ordinario tantum judici criminum vindictam competere.

XXIII.

IV. De advocatis et eorum officio.
V. De procuratoribus.
VI. De syndico et actore.

Caput 86 in fine. Pertinere quoque ad causarum patronos, quae de idonea judicis persona dicta sint.

Caput 87. Iisdem quibus judices virtutibus causarum quoque patronos oportere praeditos esse. Licite tamen pro causis orandis accipere eos honorarium; indemnesque praestandos esse de his, quae iter facientes expenderint.

Nullam tueantur causam quam minus justam intendi cognoverint.

Quibusdam in locis ex consuetudine jure scripto non firmata detrectare commissum a judice causae tuendae munus non licere.

Datus a judice procurator postulantis tantum desiderium

exponat, quaeque aliunde ab hominibus fide dignis perceperit proferat.

Non prodat procurator causam sibi commissam, nec praevaricetur, Judae traditori similis. Qui contra faciat male victo dupliciter damnum sarciat, linguamque perdat vel decem librarum mulcta a judice redimat.

Clientium secreta fideliter mente recondat causae patronus. Veniam dari a judice constituto procuratori, jurante adversario suam illi causam prius a se commissam esse.

Comperendinata causa in adversarii castra ut transeat nunquam causae patrono concedendum esse.

Caput 88. Jureconsultos non cogi gratuita consulentibus de jure responsa dare. Nihil tamen accipiant, dato quod in malam partem abierit consilio. Inopi gratuitum dare consilium divinam nos monere legem.

Quum dici consuevisset: in quovis judicio esse debere judicem, actorem, reum et testes, recentior quidam interpres bavarico libro, ne quid deesse hoc loco videretur, adjecit:

Caput 89 de testibus, ubi remittens ad caput 13 de testibus qui suspecti habeantur, monet reprobari testem, qui semet tertius, ut dicunt, diffiteri non possit, pecuniam ob dicendum testimonium sibi datam esse; ejus rei convictum denique mulctandum esse, mulctae aestimatione ex loci consuetudine facienda, nec condemnatum eo nomine intra annum ad aliud pro quacunque parte testimonium dicendum admittendum esse; gravissime enim peccare, qui vel adjuvandae vel corrumpendae justitiae causa acceptis muneribus locupletari se faciat.

Praecedentis hujus capitis sententia in fine posita scurrae cuidam causam praebuit ingenii lusum exercendi. Legitur enim insertum nunc:

Caput 90 monens ad obtinendam justam causam injustum judicem muneribus sibi benevolum facere prudentis esse, quum sit consultius pauca volentem dare quam multa nolentem perdere; nec peccare qui hoc modo sibi provideat, non enim laeto animo quod detur offerri; teste Salomone, qui conqueratur, nihil magis hominum in desideriis esse, quam ut judices justitiae vere amantes inveniant.

Friburgensis autem exempli scriptor hisce nondum contentus ineptiis exempli loco inseruit fabulam, alioquin lepidissime versibus expressam de injusto judice diaboli praeda facto ob emissam ex vera animi sententia plebis execrationem.

XXIV.

Tancredi ordo judiciarius.

Pars altera.

Post primam partem „de personis, quae debent consistere in judicium" hac altera parte proposuit sibi Tancredus agere de „praeparatoriis ad judicium et de his quae praecedunt litis contestationem."

Quam accuratissime Tancredi ordinem bavaricus liber tenuerit singulis ejus titulis subjuncta argumentorum brevis expositio in dubitationem vocari non sinet.

I. Quod judicium adire actor debeat.

Caput 91. De minoribus delictis deficiente ordinario judice pagelli judicis animadversionem esse.

Caput 92. Capitalibus in causis ex concessa tantum regia jurisdictionis potestate judicandum esse. Ecclesiastici principes, quibus terrae cura a rege commissa est, judicem regi praesentent, gladii potestate investiendum.

Uniuscujusque laicorum principum fori ordinarius judex a rege gladii potestatem accipiat.

Ordinarii judicis de quocunque crimine intra jurisdictionis suae fines commisso jurisdictionem esse. De immobilium rerum proprietate sententiam non nisi

Art. 38. *„Allerhande claye und al ungerichte mut die richtere wol richten binnen sime gerichte swar her is. ane ob men ine beclaget"* [1]).

1) Rectius berol. codex „ane of man up egen klaget". Adjicit scriptor nec de equestris conditionis viro criminis reo nisi pro tribunali et ex regia auctoritate judicandum esse.

pro tribunali et ex regia auctoritate coram rei sitae judice dicendam esse.

Defuncto rege acceptam semel neque ademtam judiciariam potestatem non iterum expetendam esse.

Art. 38. *„Swer bi koninges banne dinget —":* linguam vel perdat vel redimat qui regiam judicandi potestatem usurpaverit.

II. Qualiter judicium adeatur.

Caput 93. Unumquodque judicium a praecone convocandum esse.

Considens judex ante omnia interroget praeconem num rite ea convocatio facta sit. Tum interroget, an de pace non turbanda proclamandum sit, deinde an expectandi vocatos tempus elapsum sit.

Quo facto litigantium advocati audiantur, vel ipsae si velint partes.

Consultius tamen ob erroris corrigendi licentiam esse, oratore in proponenda causa uti.

Presso sermone, si opus sit, oratorem instruat litis dominus [2]).

Causae orator dicendi veniam a judice petat. Si causa

Art. 39. *„Iz ne mach nichen richtere echt ding haben ane sine schulteiten —"* [1]).

„Sunder vorsprechen mut wol clagen der man —."

1) Saxonicus scriptor ad judicis vicarium referens quae de praecone bavaricus liber docet, secutus hoc loco est juris munic. saxon. art. XVI.

2) Conf. quae ex saxonico libro post bavarici libri cap. 98 lit. a notanda venient.

perorari eo die nequeat, comperendinata die iterum vocari partes judex faciat.

In causae patrono constituendo non suam sed litis domini voluntatem judex sequatur, nisi juste excusatus fuerit quem ipsa pars sibi concedendum elegerit.

Contra receptam judicii consuetudinem recusandum non esse causae patrocinium, ubi quis domicilium habeat vel praedia; nec omnimodo detrectandum hoc officium esse, si qua gravior pupillae, liberorum, propinquorum, patroni defunctive, cui quis heres extitit, causa tuenda emergat.

„Vorsprechere mag nieman weigeren zu wesene —" [1]).

Caput 94. Judicem qui balbutientem causae patronum postulanti dederit, male re gesta litem suam facere.

Art. 41. *„De stammernte man. ob her misse spricht —"* [2]).

Integrae existimationis viro nusquam in patriis judiciis, quominus pro aliis postulet, impedimentum faciendum esse.

„Je welk man mut wol vorspreche sin binnen deme lande zu Sassen [sunder paphen]. den men an sime rechte nicht beschelden ne mach."

Caput 95. Ad capitis 93 verba: *„Darnah sol mengelich clagen —"*:

Art. 41. *„Swar die man recht vorderet —"* [3]).

---

1) Foedissime in interpretando hoc bavarico loco labitur saxonicus scriptor, tradens recusare patrocinium coram ordinario judice nemini licere, nisi capitalis causa agenda sit contra pupillam aliasque personas quibus necessitudinis pietatisve vinculo quis adstrictus sit. Quis enim non statim viderit postulare adversus ejusmodi personas omnino nemini nec in levissima quidem causa licere. Manifestum est pessime hoc loco verba: „ane vber sine jvncfrvwen. vnde vber siniv kint etc.", quae significant tutelam eorum suscipiendam, reddita esse verbis: „ane upphe sinen mach etc.", quae idem valent ac „contra cognatum etc."

2) Perperam intellecto bavarici libri loco saxonicus scriptor docet errorem corrigere ei licere, qui ipse commisso sermonis lapsu male causam suam exposuerit.

3) Loci ob exemplorum depravationem aliquantulum impeditioris

Reconventiones in laicorum foris non nisi ex eodem negotio admitti.

Caput 96 ad capitis 94 verba: *„in allen tvschen landen vor allem gerihte —":*

Extraneis, sive actores sive rei sint, judicatum solvi satisdandum esse, nisi praedia, unde tam adversario quam judici satisfiat, possideant.

Custodiae committendum esse qui fidejussores non inveniat.

„Swer nicht eynen burgen haben ne mach —" [1]).

Caput 96 verbis: *„Swen der man ze fursprechen nimet —":*

Procurator constitutus intelligitur ad totum conventus juri dicundo convocati tempus, nisi eo nondum finito removeatur a litis domino.

Art. 42. *„Swene die man zu vorsprechen nimmt —"* [2]).

Caput 97. Ad capitis 93 verba: *„ein iegelich man mag wol clagen —":*

Neminem ut invitus agat cogi. Ob pacem tamen fractam quibusdam ex causis, etiamsi nemo conqueratur, publicam a judice vindictam sumendam esse.

„Men ne sol niemande zu nicheiner clage dwingen."

Suppresso loco bavarici libri ab altero latere hic posito addit saxonicus scriptor: actoris instar haberi qui publicum de crimine commisso strepitum fecerit.

---

sensum non assecutus saxonicus scriptor notat: unumquemque ubi jus petat oportere et juri stare et jus adjuvare; quod tamen absurdum est; nam actorem oportebat rei forum sequi, nec tamen alii quam ordinario judici in administranda ejus jurisdictione auxilium ferendum erat.

1) Saxonicus scriptor ad poenales tantum causas refert hujus loci sententiam.

2) Verus loci sensus fugit saxonicum scriptorem, qui ad unam rem datum procuratorem docet ad alias quoque causas eodem die a litis domino agendas constitutum intelligi.

Caput 97 a verbis: *„der rihter sol fürsprechen geben":*

Actor prius, deinde reus causae patronum a judice obtineat, nec ad ordinandum aliud judicium procedatur, nisi prior causa perorata fuerit.

Judex, si qua controversia definienda emergat, assidentes vel adstantes nullo inter eos habito discrimine consultet, nec, ut pessime invaluit, actoris reive potissimum parentes amicosve in dicendis sententiis adhibeat.

Quo ordine sententias dicendas judex proponat, eodem ordine definiendas esse causas[1]).

In unaquaque causa separatim utramque partem audiendam esse.

Caput 98 ad capitis 97 verba: *„Daz gerihte hat aber sine vordervnge. hin ze ienem der den vride gebrochen hat. dar nah div schulde ist":*

Qui pacem turbat gladio vel cultello minatus, committat telum vel redimat, quodcunque judex elegerit, quinque solidis; si pretiosior tamen gladius fuerit, ejus redemtionem judex concedat, si nondum aliquis laesus fuerit; alioquin poena pro criminis gravitate infligatur.

„Swer sin swert zut uph eynis anderen mannis schade —" [2]).

1) Transposito ordine partim huic loco conveniunt, quae ex saxonico libro post bavarici libri caput 98 lit. a notanda erunt.

2) Locus hic unde interjectus sit, difficile dictu esset, nisi haberemus bavarici libri verba, a saxonico scriptore suppressa, quae illustrari hic patet.

Ob sanguinem effusum, nisi vulnus datum vel hominis corpus debilitatum sit, mulctam ex locorum varia consuetudine exigendam esse vel librae vel quinque solidorum; vel etiam minorem majoremve.

Art. 42. *Tzuges sol men over ses wochen volkomen* —" [1]).

Art. 43. Ad bavarici libri caput 93 verbis: „*Swenne der man fursprechen nimet. so sol in der richter vragen etc.*":

In quacunque causa judex litis dominum interroget, an rata velit habere, quae causae orator proposuit [2]).

Non pro suo arbitrio statuat judex sed de ultro citroque dictis assidentium vel adstantium sententias consultet [3]).

Ad bavarici libri caput 97 verbis: „*Daz meinen wir also. daz er nivt bi dem ersten vrage der livte frivnde*":

Nemini praejudicium inde fieri, quod judex non, prout causae rationi conveniens fuerat, in colli-

---

1) Observatiuncula, hausta ex juris municipalis saxonici art. LXXV, ad illustranda verba quae praecedunt: „daz mut her vulvorderen mit rechte."

2) Observaverat bavaricus scriptor non ubique poni hanc interrogationem solere („dez ist etwa nvit gewonheit"), quod monitum respiciens corrigendi ejus causa saxonicus scriptor diserte dixit: „Die richtere sol ymber den man vregen."

3) Ita interpretanda esse verba: „unde sol ordeles vregen tzwischen tzwier manne rede", nec, ut plerique volunt, significare: ad assessorum sententias recurrendum esse, quotiescunque una pars peroraverit, et priusquam ad audiendum adversarium procedatur, recte speculi saxonici tam latinus interpres, quam perpetuae commentationis auctor viderunt.

gendis sententiis quaestiones controversas proposuerit.

Propositarum quaestionum in dicendis sententiis ordinem tenendum esse.

Ad capitis 97 verba: *„Ein ieglich man mag wol gespreches gern —"*, junctis capitis 93 verbis: *„vnde wil er ze lange sprechen —":*

Ternis vicibus utraque pars audiatur; dicendi facultatem concedi, quamdiu non adversarius, ut respondeat, a praecone intra cancellos revocatus sit [1]).

In quavis civitate judicum adsessores de sententia ferenda consultandos constitutos esse [2]).

Ad capitis 93 verba: *„alse der man fursprechen genimet. so sol her im iz nvit offenlichen sagen. er sol im zů runen swas er wil —":*

Cliens non interrumpat causae oratorem verba facientem; judice interrogante an rata habeat, quae ejus nomine proposita sunt, simpliciter vel neget vel affirmet; plura autem dicturus dicendi facultatem a judice sibi concedendam postulet.

Caput 98 lit. b. De vulnere dato si accusator agat, absolvetur reus, jurejurando se insontem ejus criminis professus, nisi actor judiciario certamine expediri eam causam maluerit.

---

1) Apparet ortam esse hanc sententiam ex male intellecto capitis 93 loco, ubi comperendinata causa dicitur novis citationibus opus esse.

2) Locus huc transpositus ex capitis 98 fine.

Caput 98 lit. b verbis: „*Vnde ist daz ein man einem manne eine wvnden bůzzen sol*":

Delicta si pecuniariis poenis luenda sint, aequum non esse mulctae majorem judici quam actori partem cedere.

Ad capitis hujus verba: „*ie alse div gewonheit ist in dem lande*":

Civitatibus proprios ubique judices statutos esse, qui adhibitis assessoribus causas definiant [1]).

Caput 99 ad capitis 98 verba: „*er habe in denne kamphlich angesprochen*":

Perfidiae septem testium dictis convictum manum perdere; si septem testes actor non habeat judiciarium certamen admitti; idque similiter in perjurii reo servandum esse.

Caput 100 ad praecedentis capitis verba: „*so sol man im die hant abe shlahen*":

Art. 44. „*Swer kampleke gruzen wille eynen sinen genot —*":

De judiciarii certaminis tam ordine quam exitu plenius agitur hoc loco maximam partem hausto ex juris saxonici municipalis articulo XXXV.

---

1) Anticipaverat hunc locum, sicut supra indicatum est, saxonicus scriptor. Patet tamen bavarici libri sententiam unice adjectam esse ad corrigendum locum in saxonico libro omissum, ubi scriptum erat mulctas ex communi terrae consuetudine dicendas esse, ne quis male ad municipalia quoque judicia hoc monitum referendum esse crederet. Locus caeteroquin a saxonici libri ratione alienus est, quum non nisi saxonicae regionis jus commune, excepto municipali jure, scriptor tractandum sibi proposuerit.

Infamia notari qui de capitis vel manus vel alia ignominiosa corporis poena transegerit.

Art. 46. *„Swer liph oder hant ledegit —."*

Caput 100 ad capitis 99 verba: *„daz er sine triwe habe zerbrochen":*

Qui criminis reum judicio sisti promiserit, si frangat fidem, eadem, cui reus subjiciendus fuerit, poena afficiendum esse.

„Swer och borget eynen mann um ungerichte vorzubringene" [1]).

III. De citationibus ad judicium.

Caput 100 lit. c. Citatione opus non esse, si quis in recens commisso crimine comprehensus in jus rapiatur.

Art. 46. *„Swen man mit der hand haften tad vehit"* [2]).

Coram judice adductum convinciendum esse actoris testimonio, cui duorum testium dicta accedant [3]).

Furti tamen latrociniive aut alterius cujusvis capitalis criminis reum vel septem testium dictis convincendum esse, vel judiciarii certaminis victoria (ut supra, capite sc. 99, dictum sit).

„Unde selbe sebende sol ine der clager virtzugen."

---

1) Saxonicus scriptor mutata loci sententia statuit fidejussorem, qui exhibere reum nequeat, soluta mulctae nomine tanta pecunia quantam ejus corpus aestimetur („sin wergelt"), absolvendum esse, nec infamia eam ob causam notari.

2) Addit saxonicus scriptor: deprehensum vel ipsius criminis commissi convincendum esse, vel nominatim latae in eum proscriptionis sententiae.

3) Levioribus in delictis ut reus actore „semet tertio" jurante convinci posset, ex municipalibus privilegiis per meridionales Germaniae provincias in communem judiciorum consuetudinem recipi jam coeperat, quum Saxones adhuc quotiescunque septuplici testimonio destitueretur actor, servato antiquo more ad judiciarii certaminis discrimen levissima quaque de causa prorumpendum esse crederent.

Caput 101. In laicorum judiciis, qui non praesens conveniatur, tribus vicibus citandum esse.

Art. 47. Qui non praesens coram judice inveniatur ad proximum judicii diem citandum esse.

Criminis autem reos tribus vicibus, servato quatuordecim dierum intervallo citandos esse. Equestris conditionis hominem criminis reum concessis sex hebdomadarum intervallis ter citari debere ad publicum judicium ex regia auctoritate celebrandum.

Ter citatum si venire spernat, proscriptionis vinculo constringendum esse („*den virvestit men*").

Contumaces nisi in capitali causa proscriptioni obnoxios non fieri.

„*Um anderis nicheyne clage ne sol men den man virvesten. ane umme die de an daz liph oder an die hant geit.*"

Quemadmodum ex divina lege probetur neque auditum neque citatum quemquam condemnandum esse.

Caput 102 ad capitis 101 verba: „*vmbe deheine clage sol man den man verehten. wan daz im an den lip geit*":

Civilibus in causis contumax mulctetur et judex in ejus bona actorem mittat.

„*Hat her aber geclaget uph gut zu dren degedingen. men sol ine darin wisen*" [1]).

Ex municipali jure discussis debitorum bonis creditoribus primum, et deinceps demum judici ob mulctas commissas satisfaciendum esse.

Pignora ob aes alienum quemadmodum vel distrahenda vel a debitore redimenda sint.

Art. 48. „*Clagit men aber umme schult* —" [2]).

---

1) Inutiliter addit scriptor: „da ne mut ine nieman uz wisen. her ne tu iz mit rechter clage."

2) Saxonicus scriptor locum de pignoribus tam capiendis quam

Caput 102. Citationes praeconis munus, nec ab ipso judice faciendas esse. Absente judice citationes praeco etiamsi nullo interveniente decreto legitime procurandas susceperit, redux tamen judex non ob citationem injussu suo factam differat causae cognitionem.

Art. 49. Statim proscribendum esse criminis reum, qui evaserit, si priusquam nox intervenerit, ad judicem actor querelam suam detulerit, crimenque vere perpetratum esse semet septimus, ut dicitur, protestatus fuerit. Absente autem judice praeconi quod factum est actor nunciet, nec proscriptioni obstet, non eodem die, quo commissum est crimen, ad judicem quoque laesi querelam delatam esse.

Caput 103 ad verba: „*vnd der rihter nvit da heime ist*":

Citato nullum afferre praejudicium neglectam ab ipso judice constitutam judicii diem [1]).

IV. De contumacibus et non venientibus ad judicium.

Caput 103 lit. b. Proscriptionis vinculo constrictus, nisi purget contumaciam, coram superiori quoque judice post sextam hebdomaden proscriptionis legi obnoxius fiat, idemque deinceps coram quo-

---

distrahendis ad extraneos tantum debitores refert verbis: „die da nicht dingphlichtich nis. noch zu antworde nicht nis."

1) Repetita est haec sententia ex capite 104.

vis judice servetur, cujus jurisdictio a suprema judiciaria regis potestate descendat.

Art. 49. *„Swene die gogreve virvestet —":*

Pagelli judicis proscriptionem subsequi proscriptionem in comitis judicio pronuntiandam; coram comite proscriptum regiae proscriptionis sententiae subjiciendum esse.

Inverso pristino ordine regulae supra propositae nunc praemissa legitur observatiuncula: omnem a regia potestate pendere judiciariam laicorum potestatem et errare, qui propria aliquem jurisdictione praeditum esse contendant.

Hucusque saxonici speculi articulatim digesti primus liber extenditur. Voluminis, non argumentorum, rationem in dispertiendo per libros eo opere habitam esse continuanda jam rerum expositio ostendet.

Caput 104. Circumducto per judicis absentiam condicto judicii die non nisi unam ad hunc diem factam citationem pro irrita habendam esse, salvis citationibus ad dies prius a reo non custoditos.

Art. 50. *„Versumet die greve sin echte ding —"* [1]).

Caput 104 a verbis: *„Unde sprichet ein man —":*

Transposito ordine pertinet ad:

Caput 105. Contumacem esse, qui praesens in judicio respondere actori nolit.

Art. 50. *„Beclaget man eynen man in sime iegenwarde —"* [2]).

---

1) Addit saxonicus scriptor in criminali causa priores quoque citationes iterandas esse.

2) In rei vindicatione saxonicus scriptor notat reo, qui statim respondere nolit, proximum judicii diem ad contestandam litem concedendum esse.

a. De militaribus beneficiis coram ordinario judice litem contestandam non esse.

b. Praesenti coram judice adversario, si ad judiciarium certamen provocetur, diem quo respondeat concedendum esse, vel sex, vel quatuor hebdomadarum vel etiam quindenae, pro diversa personarum conditione [1]).

Caput 106 lit. a. Coram pluribus judiciis proscriptionis vinculo obstrictus, si purget contumaciam, unicuique judicum in remissae proscriptionis mulctam („*ahteschatz*") condemnetur.

Caput 106 lit. b. Latam proscriptionis sententiam post sextam hebdomadam laicus judex nuntiet ecclesiastico judici, ut excommunicetur reus; idemque ab ecclesiastico judice in excommunicatis servetur. Excommunicatum post sextam hebdomadam proscriptionis legi in quovis laico judicio subjiciendum esse [2]).

Caput 107. Extra fori cancellos praesens si terna praeconis citatione facta judicii septum responsurus actori intrare noluerit tantae pecuniae,

1) Locus huc pertinens, ut supra indicavi, in concinnando libro anticipatus est capite 104.

2) Verba capitis 105: „Daz reht satzte der kvinig Constantinus. vnde Sante Silvester der babest", pertinent ad hunc de proscriptionibus locum, cui in libri prooemio quoque, ut dixi, vitiose inserta erant. Turbati per male insertas librariorum observatiunculas genuini ordinis insigne hic iterum offendimus exemplum. Male enim nunc ea verba sequuntur regulam: de militaribus beneficiis coram beneficii tantum domino judicium sustinendum esse.

quantam intenderit actor condemnetur; aut in capitali causa proscriptioni obnoxius fiat, judicis insuper mulcta afficiendus.

Proscriptionis vinculo ejusmodi contumacem absente actore non liberandum esse. Si et actor et contumax praesentes coram judice fuerint, proscriptioni eximatur reus, postquam judicio sistendi causa fidejussores dati fuerint; judici autem, etiamsi judicio accepto causa actor ceciderit, contumaciae mulctam deberi.

Dissimulans ad fori cancellos se adfuisse quo tempore citationes factae fuerint, tribus, qui eum praesentem conspexerint, testium dictis convincatur.

Caput 108. Proscriptionis vinculo contumax quemadmodum eximendus sit.

Art. 51. *„Swer sich uz der vestunge zien wil —."*

V. De exceptionibus.

Caput 109. Proscripto, si in jus raptus fuerit, excipere licere, ne diebus feriatis reus constituatur; exceptis tamen qui in recens commisso crimine deprehensi sunt. Si tamen purgare contumaciam velit, feriatis quoque diebus audiendum esse. Quindenae inducias proscriptis, exceptis tamen homicidis, concedi, priusquam aut manus illis injiciantur aut bonorum possessione priventur.

Caput 110. Rem coram defuncto judice finitam sub examen coram successore ejus revocandam non esse. Minime vero rei judicatae exceptionem actori eam ob causam objiciendam esse, quod illatae injuriae mulctam judex acceperit, quamdiu ipsi satisfactum non fuerit.

Caput 111. Ex personarum dignitate et culpae modo in actionibus, quae poenae persecutionem habent, bonorum virorum arbitratu litem aestimandam esse.

Sequuntur apud Tancredum tituli:

VI. de recusationibus judicum,

deque diversis actionum generibus:

VII. de criminibus,
VIII. de libello accusatorio,
IX. de libello recuperandae possessionis,
X. de libello adipiscendae possessionis,
XI. de libello retinendae possessionis,
XII. de libello in personali actione formando,
XIII. de libello rei vindicationis,

quam latini operis partem ad juris romani doctrinam unice accomodatam non mirum est desiderari in bavarico libro.

Proxime subjunctis autem titulis:

XIV. de satisdatione actoris,
XV. de satisdatione rei,
XVI. de satisdatione procuratorum et caeterarum personarum

rursus respondet bavarici liber ordo.

Caput 112. Actor de prosequenda, reus de sustinenda lite fidejussoribus datis caveat adversario; nec tamen ab eo satisdetur, cujus immobilia bona judicis potestati subjecta praestandae litis aestimationi sufficiunt.

Art. 52. „*Swer eigenis also vil hat daz bezzer ist. dann sin wergelt. binnen deme gerichte. der ne darf nicheinen burgen setzen. ob men ene um ungerichte beclaget.*"

XVII. De dilationibus.
XVIII. De feriis.

Caput 113. Feriatis diebus ut jusjurandum praestet neminem cogi.

Pacem bene feriatis quoque diebus jurejurando firmari.

In recens commisso crimine de-

prehensum feriatis quoque diebus reum constituendum esse.

Quae feriato die interposita jurisjurandi fide promissa sunt, praestentur diebus non feriatis.

Pro confesso habeatur qui condicta die de re credita non juraverit, nisi justis excusationibus quominus juraret impeditum se fuisse probaverit. Praestiti jurisjurandi instar esse, si vel recipere jusjurandum adversarius noluerit, vel condictum jurisjurandi diem ipse neglexerit.

Pecuniae creditae reum dilatione sibi data neglecto primo die causa non protinus cadere; actori autem condemnandum esse, si nec tertio die venerit aut concessas sibi probationes susceperit, praeterquam si legitime se impeditum esse probet.

Quum bavaricus scriptor dixerat: „*Swelk man aber silber oder phenninge g e l t e n s o l. oder andere varende gůt. wirt dem ein tag gegeben*", saxonicus scriptor, quae de judicii die intelligenda sunt, ad solutionis diem pertinere ratus, de dilationibus condemnato, ut judicatum solvat, concedendis praepostere hoc loco egit verbis: „*Uber vierzen nacht sol man schult gelden. de man vor gerichte wint etc.*"

In integrum restituendum esse, qui dilationem impetrare ob ademtam sibi libertatem aliamve similem causam prohibitus fuerit. Nec

litis domino nocere procuratoris impedimentum, quod legitime probetur.

Tancredi titulum:

XIX. de reconventionibus

quum reconventionum usus in ecclesiasticis potissimum judiciis vigeret, vernaculi libelli scriptor, aut bavarici certe libri concinnator, eo justius omittendum hoc loco duxit, quod capite 95 abunde ea de re jam dictum sit.

Tancredi autem tituli:

XX. de ordine judiciorum et incidentibus quaestionibus

conveniunt, quae bavaricus liber tractat de causis ad superiorem judicem trahendis, quotiescunque incidens reprehensio definitivam impediat sententiam.

Saxonicus scriptor instituti ordinis ignarus ex facta reprehensae sententiae mentione male colligens jam hic de sententiis ferendis agendum esse, in unum hunc locum congessit tam quae postea bavaricus liber eam ad rem pertinentia offert, quam quae ex saxonico judiciorum usu supplenda sibi viderentur.

Aliquantulum major quam alibi in disponenda argumentorum serie diversitas inde nata est, quae collatis utriusque libri locis distinctius apparebit.

Incipit saxonici libri de sententiis ferendis locus:

Art. 56 a verbis: „*Binnen bundenen tagen mut men nicht dingen.*"

Pergit scriptor disserens de personis ad sententias dicendas adhibendis:

Art. 56 verbis: „*Urtel ne mut och niemant vinden uber sinen herren* —", respiciens bavarici libri caput 151;

Art. 57 verbis: „*Schepenbare lude muzen urdele vinden uber iewelken man* —", proposito suo aptans bavarici libri caput 278.

Conveniunt deinceps ordini, quem bavaricus scriptor instituit, ejusdem articuli verba:

„Schilt men urtel des mut men tzen an den hogeren richtere —.“

Caput 114. Judicantium sententiis si reprehensio interjecta fuerit, causa ad proxime superiorem judicem devolvitur, donec ad regis tribunal finienda devenerit.

Judex inferior nuntios ad superiorem judicem mittat, audituros utra ibi pars victoria potiatur. Nuncios provinciales judices ablegent liberos principum subditos, municipales judices quoscunque velint, illaesae tamen existimationis homines[1]). Judex itineris sumptus illis subministret.

In Alamanniae partibus quam primum rex ibi advenerit, nuntii ejus tribunal accedant, intra sex hebdomadas accepturi sententiam, quam judici a quo provocatum est referant[2]).

Caput 114 lit. b. A comite ad marchionem provocandum non esse, nisi acceptam marchioni jurisdictionem suam ferat. Causam devolvi ad eum cui debeatur judicandi potestas.

Art. 58. *„Nichenis geschuldene urdeles ne mut men tzin uz eynir grafschaph in eyne marke iz ne habe die grave de grafschaph von deme markgreven“* [3]).

1) Saxonicus scriptor quae de municipali judice hic dicta sunt ad marchionum jurisdictiones transfert.

2) In sax. libro legitur: „Svenne se den kuning erst ereschet binnen sessescher art“, ubi corrigendum: „die kuning“ i. e. quam primum rex eos evocaverit. „Ereschen“ est: „erheischen“. Cf. spec. sax. II. 40, §. 1 ubi: „na det dat he dat erst ereschet“ vertendum est: „secundum quod prius petierit actor.“

3) Interpretationis causa adjicit saxonicus scriptor: „iz ist da umme sol men iz vor das riche tzien.“

Caput 114 lic. c. Summum obtinere locum regem, medium cui ipse rex judicandi potestatem dederit, tertium cui delegata sit accepta a rege jurisdictio. Ulterius jurisdictionem, qua gladii potestas contineatur, delegandam non esse[1]).

Caput 115. Ecclesiastici principes a rege concessam sibi jurisdictionem delegantes, gladii potestatem judici ab ipso rege conferri curent.

Delegatis a laico principe judicibus regia gladii potestatis concessione opus non esse, quum laici principes in caput animadversionem quae delegetur, ipsi habeant, ecclesiasticis autem principibus sacri canones exercere non permittant jurisdictionem, in qua capitis discrimen vertatur.

Armis de reprehensa sententia contendere, si extra regis tribunal causa agatur, nefas esse.

„Um urtel ne mut nieman vechten wan vor deme riche“ [2]).

---

1) Praetermissum a primo saxonico scriptore hunc locum in libri appendicem posterior quidam auctor retulit art. 143 (III. a. 32, §. 3).

2) Merito in suspicionem vocatus est sententiae huic praecedens saxonici scriptoris locus:

> „Schilt ouch eyn Sasse eyn urtel unde tzucht erz an sime vorderen hant. unde an die merren menyen. her mut da umme vechten selbe sebende siner genoten weder andere sebene. swar die merre menye sege vechtit. de behalt daz urtel. — Art. 59. Jewelk virsegit man weddet deme richtere. unde gibt deme buze. die uph ene gevuchten hat“;

quocum conferendus est quedlinburgensis exempli articulus 9 verbis:

Qui sententiam in superiori curia reformatam dixit, tenetur tam provocanti quam ei qui praeest ju-

„Vreget men eynen man urtels unde vint her nach sinen sinnen so her iz rechtis weiz. al

---

„Drier hande recht behielden die sassen weder Karles willen. — Daz dritte is. daz men nichen urtel so recht vor me riche binnen sassen ne vint. wil iz eyn sasse schelden. unde thut her iz an sine vorderen hant. unde an die merren menyen. unde weder vuchtet er daz ortel selbe sevende weder ander sevende. swar de merre menye geseget. de hat daz urtel behalden."

De causa coram superiore judice per plurium sententias obtinenda interpretrari utrumque locum conatus est: Meckbach Anmerkungen ueber den Sachsenspiegel p. 106 et 368. Latinus autem speculi saxonici interpres et perpetuae in librum commentationis auctor intelligunt verba de certamine inter septem utrinque personas armis committendo, nec qui postea de antiquo apud Saxones judiciorum usu scripserunt, licet subobscurius consuetudinem expositam esse agnoscentes, de ipsa tamen rei veritate dubitare ausi sunt.

Fateor minime placere mihi rationem, qua contra pessimae consuetudinis reprehensionem jus saxonicum defendere se posse confisus est Mekbach, nec saxonici scriptoris verba, prout nunc leguntur, de alio quam vero armorum conflictu accipienda esse reor. Longe tamen absum, quin istis assentiar, qui in aestimanda saxonici scriptoris fide plus aequo credulos se exhibuerunt.

Causas autem explicaturo quae, licet forsitan non utriusque, certissime tamen prioris allegati supra loci scriptorem, ut rem omnium ineptissimam traderet, induxerunt, paulo latius hic de profecto a septentrionalis Europae nationibus judiciario certamine mihi repetendum erit, sed brevissime tantum indicabo, quae eandem ad rem jam aliis in locis plenius exposui (System und Gesch. des franz. Civilprozessrechtes, B. 1, p. 16; Ursprung und Werth der Geschwornenanstalt, p. 23).

Futuros gravioris belli eventus explorare commisso captivi ejus gentis, cum qua bellum erat, electique popularium certamine antiquissimis jam temporibus apud Germanos moris fuisse testatur Tacitus Germaniae cap. 10 sub fin. Occulte autem commissi criminis divina indicia in aliis potius periculis querebantur (aenei, ferri candentis, quaeque id genus similia reperiuntur), cui examini sustinendo solus subjiciebatur reus, quem convincere actor sufficienti testium numero non posset. Ad armorum vero sortem confugere tum maxime majoribus nostris fas erat, quum aut jura probationesve, quibus controversiae finirentur, deficiebant, aut homicidium, mendaciive opprobrio illata actori vel testi contumelia consertis

dicio de jactura, quam passi sunt, nisi juret responsum se quod justum	*si iz wol unrecht. her ne lidet dar nichene not umme.*

armatis manibus vindicanda erant. Armis enim obtinere, quae quis alia sibi ratione tueri non posset, fortitudinis videbatur. Inprimis itaque armis defendere ingenuitatem honorem aut bona avita justum erat.

Admissi certaminis ad impugnandam judicis auctoritatem primum in Riparensium lege vestigium reperio. Contumaciae enim reo, qui septima vice interpellatus pignora mulctae nomine a judice capi passus non erat, coram rege concedebatur ad certaminis discrimen provocare adversarium (ed. Herold, tit. 34).

Saxones a Francis, ut cognatae Saxonibus Anglorum gentes per Normannos a Francogallis incognitum ipsis prius judiciarii certaminis usum acceperunt.

Convertendi in ipsos judices certaminis periculi consuetudo, fracta demum carolingicae stirpis regum dominatione apud Francogallos orta est, ex quo ad regis tribunal deferendis ibique finiendis controversiis principes, regiae invidentes auctoritati, quo possent modo impedimenta facere coeperunt. Ea potissimum est causa, quae movit satellites principum et in jure dicundo assessores, ut reprehensam quam dixerant sententiam, tanquam ipsis illatam mendacii contumeliam vindicaturi, se armis defendere paratos ostenderent.

Quod qualiter processerit, accuratius libris docemur, scriptis aevo quo communiter jam in odium venerat omnis judiciarii certaminis insania, Ludovici regis inter Sanctos relati constitutionibus a regiis jurisdictionibus jam pridem proscripta.

Bellomanerius tradit sententiam de communi assidentium consensu dictam ubi reprehendere quis ausus fuerit de mendacii opprobrio illi pugnandum fuisse adversus singulos quotquot eorum adfuissent habito de sententia dicenda consilio, cujus necessitatis ut ingens evitetur periculum, ex usu obtinuisse, prudenterque fieri, ut priusquam in consilium abeatur, iniquam formidans sententiam, quam reprehendere animo secum constituerit, roget jus dicentem quod a singulis quorum consilio res judicanda sit, seorsum sententias publice proferendas colligere velit; quo facto si primo loco interrogatus iniquam sententiam protulerit, reprehendendus statim esset alter, qui partes ejus secutus fuerit; assequi enim ita procedentem ne plus semel, idque adversus praerogativae sententiae pedissequum sibi pugnandum sit (cap. LXI, §. 47); siquidem unius dictum nihil in judicandis rebus valeat, itaque causae praejudicium alter solus in prioris sententiam descendens inferat (l. cit. cap. LXVII, §. 2; LXI, §. 52).

sibi videbatur dedisse. Jurare nolens, quum juratus injustam dixisse

---

Patet tamen falli in eo Bellomanerium, quod prolata de communi consensu sententia, adversus singulas judicantium personas pugnandum fuisse crediderit, qui error facilis erat in re, quam ipse a consueta judiciaria forma recedere indicavit, cujusque nullum sibi exemplum constat ob oculos fuisse. Errasse scriptorem, dum introductae consuetudinis rationem exponere conatus est, ex ipsius judiciarii certaminis natura liquet, cui, etiamsi ab illatae contumeliae ulciscendae studio profectum erat, divinum tamen de ipsius causae justitia judicium inesse credebatur. Decipiuntur enim, qui celeberrimae commentationis de legum indole auctorem (Montesqieux espr. des lois, livre XXVIII, chap. 31) secuti ut Brewer (Gesch. der franz. Gerichtsverf., Bd. 1, S. 64) et Unger (der gerichtliche Zweikampf, p. 46) victo judice ut causa judicanda obtineatur vincendum adhuc adversarium fuisse contendunt. Fluxit haec opinio ex depravata lectione libri, quem Petrus Fontanetus scripsisse fertur ad erudiendum in jure patrio Ludovici noni regis filium. In proposita ibi specie erat: provocato rustico ad judiciarium certamen male judicatum esse, pugnam illi rusticorum more cum scuto et baculo contra adversarium militem equo insidentem et equestribus indutum armis sustinendam esse; quod Francogallis dicebatur „bataille à meschief". Reprehensa hac ipsa sententia, quum inito judiciario contra judicantem certamine victor rusticus evaserit, scriptor dicit, nihilominus contra adversarium illi pugnandum fuisse, sed rusticorum utrinque more; de pugnantium enim duntaxat habitu, non de causa ob quam adversarii provocatio praecesserat principali, ea certaminis victoria definitum esse. En hic locum, quem bene lectum recentior exhibet editio (Le conseil de Pierre de Fontaines par Marnier, chap. XXII, art. 8), inter asteriscos positis verbis, quae desunt in editione (subjuncta libro: Assises de Jerusalem par Thaumassière), quae ob oculos fuit auctori commentationis de legum indole:

> „Ne de une querele ne se doit-en combatre que une foiz fors qu'en cest cas: se l'en jujoit après claim et respons *meschef en bataille*, et en fauseit tel jugement, et vainquist li fausserres; por ce ne seroit-il mie délivres qu'il ne se combattit à la partie einsi com il requéroit la bataille et ne mie einsi come en li juga, puisqu'il l'a fausé."

Plus semel autem armis eandem ob questionem confligendum nequaquam fuisse et Veromandunensium consuetudine, quam idem Fontanetus, tradit, docemur. Ibi enim quum nulla rei judicatae auctoritas sub-

sententiam censendus sit, manus truncatione puniatur.

---

stiterit, quae non trium saltem judicantium sententiis inniteretur, priusquam tertius in sententiam dicendam consenserat, reprehendere eam nefas habebatur, reprehensione autem interjecta provocantis electio erat, quem singulum ex judicum collegio ob sententiam a se vel dictam vel comprobatam in arenam vocare vellet (l. c. chap. XXII, art. 1).

Jam in germanico quoque imperio de jure incerto aeque ac de factorum imputationibus justa probatione destitutis pugnam admitti consuevisse certissima quidem res est, intercedente tamen a Francogallorum jure duplici, quae maximi momenti erat, differentia, primum quod a certaminis discrimine, quamdiu ad superiorem judicem aditus pateret, utpote jure nondum incerto, abstinendum fuit, deinde quod non judices, de jure non constare sibi profitentes, sed, ne indefinita ob juris ambiguitatem causa relinqueretur, ipsae inter se partes armatae committebantur.

Denique rerum gestarum annales unicum ultimae hujus necessitatis exemplum memoriae prodiderunt, relatum a Wittichindo (rerum per Saxoniam gestarum libro II, c. 10), qui controversia orta de admittendis nepotibus ad avitam hereditatem cum prius defuncti patris fratribus, in totius populi conventu, habito regnante imperatore Ottone primo prope villam Stele, quum de perpetuo servata hucusque consuetudine frustra quaesitum esset, tradit opinatos esse imperii proceres, in re incerta nihil communiter definiri posse, sed in judiciarii certaminis victoria, quotiescunque ejusmodi contentio emergeret, quaerendum esse litis exitum; ipsum tamen imperatorem, ne viri nobiles populique seniores in tuendo hereditario suo vel suorum jure vexarentur pugnandi necessitate, maluisse commissis inter se gladiatoribus divinum semel explorari judicium, ut, prout pugnae victoria ceciderit, lata communi imperii procerum sententia penitus natae dubitationis molestia tolleretur.

Wittechindi autem verba: „factumque est ut causa inter arbitros judicaretur debere examinari" de judicibus in arena committendis minime intelligenda sunt; dicuntur enim arbitri pugnantes inter se vel ipsae partes vel partium defensores, quorum in meliori fortuna poneretur causae arbitrium.

Conserta, ut jusserat imperator, gladiatorum pugna, quum vicisset pugil cui tuenda nepotum jura commissa fuerant, constat commune imperii inde jus stabilitum esse.

Alterum quidem traditur exemplum motae pro imperatoris tribunali de jure definiendo controversiae, quae tamen non armis sed tacito

Caput 116 lit. b. Causas secundum majoris judicantium partis	*„Wederspricht eyn de vulbort unde vint her eyn ander urtel.*

---

omnium consensu sopita esse dicitur. Quum enim coram imperatore Friderico primo in dubitationem vocatum fuerit, in Henricum Leonem, laesae majestatis reum, num extra ejus patriam gravius quid statui posset, surrexisse de medio vir quidam nobilis fertur, paratum se professus certaminis periculo tueri adversus quemcunque pugnare secum volentem: „quod Imperator quemlibet principem posset evocare pro justitia ad locum quemcunque vellet, intra terminos sui imperii existentes"; cui quum nemo se ad sustinendam eam pugnam obtulisset, imperatoris edicto sententiam modo dictam pro jure perpetuo statutam esse (Vitus Arenpeck in Chron. Bajuariorum apud Leipnitz script. brunsv. Tom. III, p. 673 i. f.). Patet hic, ut in priori illa specie, agi non, ut moris apud Francogallos erat, de contumelia sententiam dicentibus illata, sed de certamine, cujus ex sorte jus certa nondum consuetudine firmatum, ut perpetuo valeret, statueretur.

Nusquam vero in aliquo veterum annalium libro aliove quodam rerum gestarum instrumento, cujusmodi in scriptis perscrutandis non modicam mihi palaestram vindico, ullum unquam vestigium offendi, quod indicet sub germanorum regum imperio ipsos judices de latis per eos sententiis ad judiciarium certamen provocatos, aut pugnam vere adversus eos consertam esse.

Quin et nugarum, quibus refertus est saxonicus liber, ineptiorem fateor proferri nullam potuisse, quam quod septuplici commisso certamine dictum est ex plurium pugilum victoria jus in appellationum causis definitum esse; nam proelium hoc fuisset, non Dei, quod dicunt, judicium. Minime tamen infitias ibo, nonnunquam factum esse, ut minor pars judicum victi causam armis tuendam susceperit, sed belli et armorum hoc jure obtigit, nec unquam custoditis judiciarii discriminis solennitatibus, neque ut obtineretur, sed ut frangeretur rei judicatae auctoritas. Tantum enim nondum stabilita perpetua imperii pace libertatem majores nostri affectabant, ut equestrium armorum exercitia profitentes militaris suae dignitatis quasi privilegio se uti existimarent, ad privatum, quod dici consuevit, bellum prorumpentes, ne executioni sententia mandaretur, cui consensum ipsi accomodare noluissent. Immo saxonici speculi locis, in quibus discutiendis hic versamur, et justa quaedam saxonicae consuetudinis observatio inest, quamque ne bavarici quidem libri scriptor silentio condendam esse duxit. Selectorum scilicet judicum officia a carolingicae stirpis regibus constat introducta esse, non ut soli de jure responderent, exclusis liberae conditionis aliis hominibus,

sententias definiendas esse, nullumque pati praejudicium qui ab altera steterunt parte.

swelkes die merre volge hat. die behald sin urtel. unde blibint iz beide sunder wedde. wente nichen des anderen urtel geschulden hat."

---

quorum in communi memoria, quodcunque justum haberetur, reconditum censebatur, sed ne unquam in conventibus ad causas finiendas habendis plenus deesset judicantium numerus, quorum de jure dictis plena possit fides adcommodari. Non desierunt itaque praeter statutos judices, quos scabinos nostri majores vocabant, causis judicandis interesse alii liberi homines, quorum locupletiores et honestiores subscribendis rerum judicatarum notitiis nomina sua dedisse nemo hisce in antiquis rebus vel mediocriter versatus ignorat. Nec desunt ex omni medio aevo testimonia quibus extra dubitationem ponitur, quotiescunque arduum quiddam definiendum occurreret, maximeque ubi de consuetudine aliqua a quotidiano usu remotiore ambigeretur, praeter statutos judices a magistratibus qui juri dicundo praeerant alios quoque adstantes „meliores, prudentes aut discretos", ut dicebantur, viros in consilium advocatos esse. Quin et turbae, quae aderat, laudare licebat aut reprehendere quodcunque judicatum aut convenire consuetudini omnibus notae aut repugnare videretur. Compendii causa hic laudare mihi liceat exempla, quae affert: Thomas, der Oberhof zu Frankfurth, p. 19. Cf. librum meum System und Gesch. des franz. Civ.-Proc.-Rechtes, p. 110, 113.

Juris autem notitia postquam pauciorum, maximeque statutorum judicum esse coeperat, quumque municipiorum privilegiis nunquam non caveretur, ne extra urbem cives in jus vocarentur, multiplicandae subito jurisdictiones erant, nec amplius sufficiebant, conditis novis municipiis, judices qui plenam juris communis notitiam haberent. Obtinuit itaque, per meridionalem maxime Germaniam, ubi consuetudinum major varietas erat, ut de jure haesitantes singularum jurisdictionum judices caput, ut dicebatur, adirent, i. e. a vetustiori quadam sede, cujus ad exemplum singularia sua jura descripta essent, de jure controverso responsum sibi edi postularent. Nec ut ea ingrederetur via necessarium erat, pari utrinque numero esse judices in diversa abeuntes consilia, sed paucioribus quoque, qui dissentirent, deferri ea in re non inconsultum videbatur; idque ipsum est, quod ad bavaricum librum notaverat quidam interpres capite 17 verbis: „Die schwabe setzent wol ir vrteil vnder in selber vf schwebiscer erde. vnd ziehent si wol an hoher gerihte. daz gerihte mů̊zen si nemen. vnd hant ioch die minnern volge."
Consuetudinis quae ad municipia potius quam ad communem judiciarium usum pertinebat, rationem hic habitam esse nemo mirabitur, qui reputa-

Reprehensa autem sententia superiorem, ut dictum est, judiciariam sedem adeundam esse.

Art. 60. Sententiam reprehendens quibus verbis utatur.

---

verit ipsum libri concinnatorem quoque, ubi de fontibus adhibitis praefatus est, monuisse bonam ubique locorum consuetudinem spectandam esse. In Saxoniae autem terris, exceptis civitatibus quae jus saxonicum municipale amplexae a Magdeburgensibus aut Halensibus de jure responsa danda sibi procurabant, antiquior praevaluit mos universam interrogandi turbam, ubi de consuetudine in dubitationem vocata certius quid statuendum esset. Itaque sententiis septem judicum, quos in quovis judicio adhiberi voluerat Carolus, ni major haberi posset numerus, si septem plenam fidem habentium virorum, quos inter et ipse litis dominus poterat esse, opponerentur sententiae, omissa ad superiorem judicem provocatione, compromittere in coronam licebat, ita ut, quodcunque probaverit major turbae pars, nancisceretur rei judicatae auctoritatem, nec coram supremo ipsius regis judicio in controversiam denuo vocari posset. Haec est consuetudo, quam refert saxonicus liber eo loco, ubi de triplici jure agitur, quod invito Carolo Saxones obtinuerint, i. e. quod a communi Germaniae jure recedat. Nihil, si verbis inhaereas, deprehendes ibi, quod ad judiciariam tantum pugnam referri queat, immo concinnior totus efficitur locus, si de impugnandis tantum sententiis accipitur. Ecce enim dicit scriptor: „Tertium est: nullam ad imperii tribunal provocando sententiam, quae rei judicatae nanciscatur auctoritatem, obtineri per Saxoniam posse, si maluerit ad coronam provocare adversarius Saxo, sublata dextera jurans, acquiescere se velle sententiae, quamcunque major popularium pars probaverit; victoremque in causa evadere quemcunque, qui sex adstipulantibus sibi sociis, septem judicum sententias impugnans, eoque ad coronam provocandi jure usus, majoris turbae partis suffragia tulerit."

Hanc vero sententiam ad bavarici libri locum quo dicitur, ob jus incertum, nisi coram rege disceptetur, pugnandum non esse, ex articulo 9 male repetiit quidam librarius, eaque est causa, quae latinum speculi saxonici interpretem aeque ac recentiores fere omnes induxit, ut de judiciario certamine locum superius a me explicatum praeter verborum necessitatem intelligendum esse opinarentur.

Ipsum saxonici libri auctorem de conserendo septuplici judiciario certamine cogitare nequaquam potuisse apparet ex eo, primum quod bavaricum secutus librum monet, armis, nisi coram rege disceptetur, de sententia certandum non esse, deinceps autem animadvertit, subsistendum in colligendis sententiis et rem ad superiorem jurisdictionem

Caput 117. Saxonis sententiam si Alamannus, Alamanni sententiam — *„Schilt die Swaf des Sassen urtet —.“*

deferendam esse, quamprimum judicum alicujus sententia, impetrata ejus sede, reprehensa fuerit; ita ut omnino nunquam reprehendens sententiam septem potuerit judices, contrariam tuentes sententiam, sibi adversarios habere.

Superest ut moneam, magno in errore versaturos qui exceptis latronum causis frequentiorem seculo decimo tertio judiciariae pugnae usum fuisse suspicari velint. Non sicut, diutius proscripta a judiciis discriminis hujus solennitate, in singulari certamine de levissima quacunque causa vel excitando vel suscipiendo vanam hodie solemus gloriolam quaerere, ita et majores nostri in arenae conspectum, fortitudinis specimina edituri, descendere satagebant; magisque jureconsultorum ingenia, quam militum artus juris non scripti hoc caput exercuit. Periculum enim furibus, latronibus, adulteris, veneficis, perjuris, falsique reis examinandis potissimum inserviens, quo meliori posset modo declinare opprobrium nemini visum est, quin saeculo jam decimo a pugilum successu repetere jus incertum maluit imperator Otto, quam pati ut viri nobiles in minus honestum illud periculum adducerentur.

Nec aliter ac nostri majores videntur Angli ea de re cogitasse. Quamvis enim jureconsulti docebant, ubi non regis beneficio magna, quam dicunt, assisa concederetur, omnem de fundi proprietate controversiam in arena finiendam esse, adeo tamen exeunte saeculo duodecimo et primis saeculi decimi tertii lustris rarissimus revera jam erat judiciarii certaminis usus, ut plurium annorum gesta coram Richardi et Joannis regum judicibus diligenter scrutatus (Cf. Rotuli curiae regis. Rolls and records of the court held before the kings justiciaries or justices. Vol. 1. From the VI year of king Richard I. to the accession of king John. Vol. 2. The first year of king John. Ed. by Sir Francis Palgrave) constanter quidem oblatas petitorum per corpus, ut dicebant, probationes invenerim, sed vix aliquoties vere pugnatum fuisse repererim. Plerumque vero aut induciae concessae notantur, nec quidquam de causae exitu constat, aut alio modo de re apparet transactum esse. Nec magis frequens ad sustinendam criminum accusationem pugna videtur fuisse. Quot variis autem causarum figuris utebantur ejus aevi homines, quo magis pugnae discrimini subducerentur, ejus rei prae caeteris curiosum hic afferre juvabit exemplum, repetitis gestorum verbis, quibus sub anno regni regis Joannis primo sequens proponitur species (Vol. 2, p. 3):

„Cantebr. Custaudus de Heidenn. et Aleis uxor ejus petit versus Will. Clement unam virgatam terrae cum pertinentiis in Herleston ut

si Saxo reprehendat regis tribunal adeundum esse; idemque inter alias nationes servari.

XXV.

Tancredi judiciarius ordo.

Pars tertia.

Tertia latini operis haec pars qua scriptor in prooemio indicaverat tractandum esse:

„de litis contestatione et omnibus quae sequuntur in judicio ad diffinitivam usque sententiam"

tota fere versatur in exponendis ecclesiastici juris regulis, quarum nullus in laicorum judiciis usus erat, unde praetermissis Tancredi titulis:

I. de litis contestatione,
II. de juramento calumniae,
III. de interrogationibus faciendis in jure,
IV. de confessis in jure,
V. de probationibus,
VI. de testibus, qui et quales esse possint,

---

jus suum et hereditatem ejusdem Alicis, unde Warinus pater ejusdem Alicis saisitus fuit tempore pacis et tempore Regis avi, capiens expleta ad valenciam V solidorum et plus et hoc offert diracionare per [deest hic defensoris nomen], qui hoc offert probare per corpus suum ut de visu et praecepto patris sui, qui hoc vidit et audivit.

Willelmus venit et dicit quod non vult inde respondere, nisi curia consideraverit, quia excommunicatus est, propter plagam quandam, quam fecit cuidam sacerdoti, unde paratus est Romam tendere propter absolutionem adipiscendam.

Custantus dicit quod illud fecit III annis transactis et infra illum terminum alia vice respondit et petiit visum terrae.

Et Willelmus dicit quod per officiales domini episcopi Lincolnensis respectum habuerit, dominus autem episcopus indixerit ei, quod Romam adeat et petat absolutionem nec moretur quousque dominum papam adierit.

Dies datus est eis a die Paschae in unum mensem, voluntate ipsius Custantii."

VII. **quot testes in causa sufficiunt,**
VIII. **quando testes producendi et qualiter,**
IX. **de juramento testium et qualiter sint examinandi,**
X. **de testium publicatione,**
XI. **de reprobatione testium,**
XII. **quibus testibus fides adhibeatur et quanta,**
XIII. **de exhibitione instrumentorum et fide ipsorum,**
XIV. **de praesumtionibus,**

primus occurrit titulus

XV. **de allegationibus**

cujus ad §. 5, ubi dicitur:

„Ad officium judicis pertinet sedere et non stare, et investigare omnia etc."

manifestum est sequentia pertinere utriusque libri loca:

Caput 117 lit. b. Stantem reprehendere, sedentem dicere sententiam decere.	Art. 60. *„Stande sol men urtel schelden. sitzene sol men urtel vinden."*
Cautiones quoque interponentibus coram judice standum esse.	
Judicis officio nemo fungatur, quem non ipse rex statuerit aut is cui judiciariae rei cura a rege commissa est.	*„Die aber zu den benken nicht gekoren nis —"* [1]).
Eligendos esse judices, adhibito prudentium virorum consilio, et eos quidem qui et ipsi prudentes sint, nec definiendam esse causam, cui discutiendae non septem aut plures etiam judicis assessores adfuerint.	

XXVI.

Quum capite 117 dictum fuisset supremam de omni causa regis jurisdictionem esse, bavarici libri concinnator aptum hunc locum esse ratus est, ubi plenius dissereretur de ipsa regis auctoritate, de regni principibus et omni imperii forma. Hanc quidem digressionem primus saxonicus scriptor, quum imperii

---

1) Conf. quae eam ad rem in adnotatione disserui p. 98.

jus publicum a proposito suo alienum esset, repetere procul dubio noluit; posterior vero saxonici libri recognitor, aliter minusque juste ea de re sentiens, quae denuo collato bavarico libro deesse animadverterat, in libri appendicem conjicienda esse censuit.

Pertinent eam ad materiam bavarici libri capita 118—144, initio ab eligendo rege sumto, quorum tamen argumenta priusquam in expendendo illo appendice accuratius perlustrem ad finem nunc perducenda erit instituta Tancredi cum utroque germanico libro collatio.

XXVII.

Tancredi judiciarius ordo.

Pars quarta.

Proposuerat sibi scriptor explicandam in extrema hac parte materiem:

„de sententiis, sententiarum exsecutionibus, appellationibus et restitutione in integrum."

Referendum est ad Tancredi titulum:

I. de sententiis et interlocutionibus

bavarici libri:

Caput 145. Ubicunque perpetui judicum assessores statuti sint, ex eorum sententia unamquamque causam definiendam esse.

Quo habitu judicantes conveniat in sententiis ferendis adcinctos esse. Inpransi judices in capitis reos statuant.

XXVIII.

Post caput de sententiis ferendis bavarici libri concinnator interjecit sepositas prius notas ad posteriores Bajuariorum legis titulos, quae dijudicandas causas civiles spectantes huic potissimum loco convenire sibi videbantur. Sequuntur itaque in juris communis libri capitibus 146—171 variae juris civilis quaestiones, subjectae Bajuariorum legis titulis a decimo quarto usque ad decimum octavum, quas, ni fallor quod magnam par-

tem longius a saxonica consuetudine recederent, rejecit primus saxonici operis auctor, posterior autem manus in libri appendicem retulit.

XXIX.

Exhausta notarum ista copia, quae curiosius mox examinanda nobis erit, quarta Tancredi pars absolvitur capitibus a centesimo septuagesimo secundo usque ad caput ducentesimum decimum, quorum major tamen pars (capitibus 174—205) insertum de maleficiorum poenis tractatum exhibet.

Quo melius Tancredo conveniens judiciarii libelli ordo perspiciatur primum hic reliquos quartae partis titulos indicabo, subnotatis bavarici tantum libri capitibus quorum simile apparet argumentum esse; deinde vero continuum bavarici libri ordinem tenens singulis ejus capitibus componam, quae in saxonicum librum inde translata, quaeque nova a saxonicis scriptoribus adjecta reperiuntur.

Pertinent ad Tancredi titulos:

II. quae sententia ipso jure sit nulla,
bavarici libri caput 172 usque ad verba: „so sol ie div minre mengi der merren volgen";

III. quo remedio valida sententia sublevetur,
bavarici libri caput 172 a verbis: „si ziehent ovch ir vrteil wol an den hoehern rihter" et integrum caput 173;

IV. de exsecutione sententiae,
bavarici libri caput 206 [1]);

V. de appellationibus,
bavarici libri capita 207, 208;

VI. de in integrum restitutione,
bavarici libri caput 211.

XXX.

Ante omnia expendendae nunc erunt notae ad posteriores legis Bajuariorum titulos, quibus ne juris communis libro in

1) Omissa capita 174—205 pertinent ad locum de maleficiorum poenis.

margine collata continua saxonici libri series turbetur, in ima pagina comparavi convenientes saxonici appendicis locos.

Lex Bajuariorum.

XIII. De commendatis et commodatis.

Caput 6. *De viduis.*

Caput 146. Rescisso matrimonio quod ejus impedimentum ignorans mulier contraxit, concedendum illi usumfructum esse propter nuptias sibi constitutum, salva constituentis proprietate tam fundi quam aedium, illata denique mobilia bona illi restituenda esse, exceptis, quae vir probet perdita esse [1]).

In bona quae beneficiario jure tenuerat defunctus, quatenus agnatis deficientibus succedat vidua, in juris quod feudale dicitur libro (cap. sc. 100) expositum legi [2]).

Caput 147. Soluto matrimonio si inter viduam liberosque a bonorum communione discedatur, praecipere viduam matutinalia sua dona, reliqua autem defuncti mobilia bona, ecclesiae pro animae ejus remedio parte quam par est prius concessa, aequa lance inter viduam liberosque distribuenda esse [3]), nisi mortis causa donationem defunctus fecerit, dum sanus esset, quam omnimodo oporteat ratam haberi [4]).

Nullam mobilium bonorum partem accipere liberos, quibus dotem vel propter nuptias donationem defunctus constituerit, nisi vivum hoc ita parentem disposuisse constet.

Caput 8. *De divisione inter fratres.*

Caput 148. Parentum hereditas quemadmodum inter fratres sororesque dividatur. Collationes quemadmodum fiant. Avitam

---

1) Cf. sax. libri art. 160.

2) Cf. sax. libri art. 160 verbis: „an eigene is reht lipgetzucht."

3) Cf. lex Bajuariorum (l. cit.) verbis: „De viduis; si post mortem mariti in viduitate permanet aequalem inter filios suos, id est, qualem unus ex filiis, usufructuario habeat portionem —."

4) Saxonicus scriptor (art. 161) verbis: „Stirbt eyme wib ir man —", viduae tantum collatam illi propter nuptias donationem, itemque cibaria ac suppellectilem muliebrem notat competere, perinde ac si mortuo ejus marito statim a communione discessum fuerit.

sedem („den ansedel") filiis competere exclusis filiabus. Ex lege divina, quam Moysi Deus dederit [1]), deficientibus filiis omnem paternam hereditatem filiabus competere; si liberos defunctus non reliquerit, succedere fratres, ubi fratres non sint, proximiores ejus agnatos; a matre cognatos agnatis tamen potiores haberi in bonis, quorum ex materno genere hereditas defuncto obvenerit. Divinis itaque praeceptis quotiescunque de hereditatibus ambigeretur standum esse.

Caput 9. *De eo qui sine liberis moritur.*

„§. II. Si autem mulier mortua fuerit aut alium maritum tulit, tunc quod proprium habet et de mariti rebus quod per legem ei debetur accipiat. Caeteras res propinqui prioris mariti accipiant."

Caput 149. Qui viduam duxit post ejus mortem prioris mariti heredibus restituat bona, quae usufructuario jure illa possederat; fructus tamen pendentes pro soli cultura percipiat, ita ut debitas ejusdem temporis pensiones solvat. Segete nondum facta statim agri reddantur. Usufructuarias pensiones, quarum dies priusquam decessit mulier jam venerat licet nondum solutas superstes viduae maritus percipiat [2]).

Caput 150. Agrorum locationes in annos singulos factas revocare defuncti heredibus non licere; avitum autem praedium colono commissum an recipere heredes velint ex eorum pendere arbitrio. Restitutionis a colono faciendae tempus differendum esse in diem post purificationis B. Mariae virginis festum [3]).

---

1) Mos. IV, c. 27; conf. Michaelis mos. Recht (2. Ausgabe), Th. II, S. 76.

2) Observat saxonici libri art. 161 verbis: „hatte aber de vrowe man genomen —": uxoris binubae superstitem maritum in mobilia ejus bona succedere, exceptis tamen aedificiis (cf. art. 11 verbis: „Swar der vrowen de stat nicht nis") et muliebri apparatu, qui proximae ejus cognatae competat. Bavarici deinceps libri argumento conveniunt verba: „Nymt eyn man eyne wedewen die eigen oder len. oder liph getzucht. oder tzinsgut hat —."

3) Docet sax. libri art. 162 verbis: „Dut eyn man sin lant beseyt uz —": agrum quem seminatum dominus colono locaverat, finito locationis tempore seminatum recepturus, si intra constitutos locationis annos

Locum de praediorum locationibus tam in bavarico libro quam in saxonici libri appendice quaestiones excipiunt de fide servanda subditis, clientibus, propinquis, hospitibus, patronis principibusque, nec utriusque libri compagines seorsum scrutantibus ulla omnino apparet ratio, qua locis vel antecedentibus vel subsequentibus totum hocce argumentum connectatur. Omnis autem removetur ea difficultas, si juris communis librum, ut feci, ad fontem suum revocaveris.

Neminem enim latet in commodatis rebus alienam nos fidem sequi. Minime itaque mirum est, ad Bajuariorum legis titulum „de commendatis et commodatis" disseruisse interpretum aliquem de custodienda fide inter personas pietatis vinculo sibi conjunctas; maximeque, quum „commendasse se in alterius manum" dicebatur olim, qui cliens factus juratam patrono fidem promiserat. Jam singula eam ad rem pertinentia bavarici

---

obierit locator restituendum esse ejus heredibus; locationes enim ultra vitae tempus factas non obesse heredibus. Si obierit colonus incultum reliquens agrum heredes ejus restituentes fundum de mercede ex locationis lege solvenda teneri locatoris heredibus. Loci hujus sententiam fateor eo magis suspectissimam mihi esse, quod ad bavarici libri caput 219 (lit. b) expressus saxonici libri art. 97 apertissime statuit, in defuncti locatoris locum succedere ejus heredem; verbis: „Stirbet ouch die herre die man gibt ouch sinen tins dene her deme herren gelobit hatte ieneme an den iz gut gehoret. unde ne bedarph niemande der ene gewere wen sinen pluch." Adnotationis perpetuae auctor interpretari priorem illum locum conatus est vel de bonis uxorio tantum nomine a superstite ejus marito possessis, vel de hereditariis bonis, quae inconsultis heredibus nec alienare nec vilius in eorum fraudem locare licereat. Neutram vero explicandi hujus loci rationem verbis convenire unusquisque videt; diserte enim dicitur: „dut eyn man sin lant beseyt uz zu tzinse oder zu plege", nec ullo modo indicavit scriptor de hereditariis tantum bonis, hisque vilius in heredum fraudem locatis speciem, quam proposuit, intelligendam esse. Suspicor autem, ut saepissime alias, ita hoc quoque loco subesse saxonici scriptoris ineptiam, ortam ex male intellectis verbis: „besetzet er sine hůbe. stirbet er darnah. sin erbe hant ez staete ob si wellent." Quae recte scilicet de avito praedio („sin hůbe"), precario tantum jure concedi, non ad annos certos locari solito bavaricus liber monuerat, ea ad veras cujusvis generis agrorum locationes perperam saxonicus traxit interpres.

libri capita inspiciamus, quorum argumenta adhibitis minutioribus literis describenda hic curavi, non quod hosce locos recentioris esse manus credam, sed quod male nunc inserti leguntur notis ad Bajuariorum legis caput: „de eo qui sine liberis moritur."

Caput 151. Regem principesque qui juri dicundo praesunt nec impie facere nec pietatem laedere, si in liberorum, propinquorum clientiumve caput animadvertant[1]; abstinendum tamen ab exercenda judiciaria potestate esse, si vel uxor vel parentes capitis rei fiant.

Caput 151 lit. b. Fidem non fallere, qui adversus propinquos patronosve debitum judici auxilium praestet[2]. Obsidione tamen si clientis patronive domus cingatur qui submonitus principis exercitum sequitur omni agrorum depraedatione abstineat, praeterquam ut, ubi opus sit, pabulatum eat[3].

Caput 151 lit. c. Perfidum non esse qui vitam defendens patronum propinquumve vel vulneraverit vel interfecerit[4].

Caput 153. Ad propellendas injurias opem non denegandam esse itineris socio, hospitii domino, hospiti aut profugo, qui domesticam alicujus tutelam imploraverit[5]. Nec malefactorem, quamdiu proscriptus non sit, a domus liminibus arcendum esse, sed obseratis foribus tuendum. Judex si requirens reum ad aedes venerit, donec ter ut inde exeat proclamatum fuerit, fugere volenti impedimentum faciendum non esse; tertia autem proclamatione facta, intromittendum esse judicem, ut latitantem perquirat. Exceptis capitalibus causis libertatem reo concedendam esse, si aedium dominus judicio eum sisti promittat. Eodem quo dictum est jure uti castrorum dominos.

Caput 153. Fallere fidem, qui clienti patronove vim inferat[6]. Vasallo, qui fidem fregerit, diem coram domino dicendum esse, ut ex parium suorum sententiis de eo statuatur. Vasallus si laesam domini

---

1) Sax. libri art. 163, omissis quae bavaricus liber de uxore parentibusve excipiendis subjecit.

2) Sax. lib. art. 163 verbis: „Die man mut och wol sime koninge unde sime richtere unrechtes wederstan", praemittit: impune non pareri vel regi vel principi, qui justitiam exhibere noluerit.

3) Sax. lib. loc. cit.: „Der man mut och wol volgen sime herren —." Bavarici loci interpretationem apparet inesse verbis: „Jewelk man mut wol helphen weren stede. burge und lant —."

4) Sax. lib. art. 163 verbis: „Wundet och eyn man sinen herren."

5) Hucusque locum exhibet saxonici libri art. 163 verbis: „Sinen wechferdigen gesellen —."

6) Sax. lib. art. 163 verbis: „Suchet die herre den man —."

fidem conquestus fuerit, similiter diem accipiat, dominusque injuriam passo satisfaciat ex parium ejus sententiis.

Damna quae sibi vasallus dominusve nolentes vel ipsi dederint vel interveniente sociorum culpa intulerint, unusquisque alteri praestet, perfidus eam ob causam non habendus [1]).

Caput 153. Suscepta expeditione si structis insidiis propinquus, dominus comesve impetum passi fuerint, excepto ejus expeditionis illius principe neminem aut de damno teneri aut perfidum existimari, qui semet tertius, ut dicunt, juraverit, ejus neque ope neque consilio damnum illud datum esse [2]).

Ad caput 150 de praediorum locationibus referenda est observantiuncula, quam exhibet:

Caput 155 lit. a. De terris incultis inter partiarios colonos, qui novum ibi vicum condant, distribuendis [3]).

Reliqua ejusdem capitis pars notam continet, quae videtur adscripta fuisse Bajuariorum legis capiti „de eo qui sine liberis moritur" ad paragraphum IV:

> *„Quod si maritus et mulier sine heredes mortui fuerint et nullus usque ad septimum gradum de propinquis et quibuscunque parentibus invenitur, tunc illas res fiscus adquirat."*

Observat eam ad rem:

Caput 155 lit. b. Si originariae conditionis rusticus obierit nullos consanguineos heredes habens, agros ejus, qui dimidium rustici praedii modum non excedant, reverti ad ecclesiam aut laicum dominum, quorum defunctus adscriptitius fuerit, quod vero amplius in immobilibus bonis reliquerit, si intestatus decesserit, pertinere ad eum cui ordinaria loci jurisdictio com-

---

1) Sax. liber loco cit. verbis: „Ne cumt her upphe sinen schaden nicht —."

2) Sax. liber loco cit. verbis: „Swar aber eyn man in eyner reise is —", ubi tamen culpa quemcunque vacare dicitur, qui solus jurejurando affirmaverit, ejus neque ope neque consilio impetum esse factum.

3) Sax. libri art. 164 verbis: „Swar gebure eyn dorph besetzet von wilder wurzelen —." Plura quae vicorum jura spectant studiosius congessit saxonicus scriptor ad hunc locum, qui bavaricum non irrepsisset librum, nisi de partiariis colonis disserendi occasionem praebuisset ejusdem libri caput de agrorum locationibus.

petat, mobilia autem bona, de quibus mortis causa disponere noluerit defunctus ad principis fiscum redigenda esse [1]).

1) Altioris indaginis hic locus deest in ambrasiano exemplo. In turicensi codice (cui haec lassbergianae editionis pars debetur) de originariis tantum sermo est, in aliis autem exemplis ad liberos quoque homines capitis hujus argumentum extenditur post verba: „des er eigen ist", adjectis verbis: „vnde ist er vri so ist si des vronboten."

Integri rustici praedii traditur dimidiam tantum agrorum partem quibusdam in locis alienare invito judice licuisse, retenta praeter aream aedificiis continentem („da man einen wagen vf gewenden mvge") altera parte dimidia, ne exhibendis publicis servitiis minus ideoneus efficeretur colonus (c. 39).

Similiter crediderim vacantes originariorum fundos, qui habita tam areae quam aedificiorum ratione dimidiam excedebant mensuram agrorum ad rusticum praedium pertinentium, recipere dominis non licuisse, ne minuerentur colonorum praedia, unde publicis satisfieret servitiis, quibus praestandis ecclesias et equestris ordinis possessores constat immunes fuisse. Diversa autem ratio erat primum agrorum, quos finito coloni ejusdem heredum usufructuario jure liberos recipiebat proprietatis dominus, deinde vacantium hereditatum, quas fisci jure uniuscujusque terrae princeps sibi vindicabat (c. 30), exceptis rusticis praediis, quorum publicae functiones beneficiario jure ad inferioris cujusdam judicis ditionem pertinebant. Ejusmodi enim tributaria praedia, quae recipere proprietatis domino permissum non erat, salvis tamen censibus ex perpetua locationis lege percipiendis, possidenda aut relocanda inferiori judici vacabant; mobilia vero universa defuncti bona fisci jure ad principis tantum aerarium redigebantur.

Saxonicus scriptor (art. 165) in translato bavarici libri loco, nulla nec proprietatis domini nec mobilium bonorum ratione habita, vacantes tributariorum fundos, qui trium mansorum, quos vocant, mensuram non excedant, ad judicis vicarium („in daz schulteidum") pertinere notat, caetera vero bona, cujuscunque conditionis defunctus fuerit, deferri plenam comitum jurisdictionem habentibus, exceptis triginta vel plurium mansorum latifundiis, quae ipsi tantum regi vacare censeantur. Interpungendus enim saxonici libri locus est: „Irstirft eyn eigen von eyneme biergelden erbelos, dri huven oder da beneden, daz horet in daz schulteidum; von sweme iz stirbt von drizig huven oder da beneden, daz horet in de graveschof; iz is mer den drizig huven, so is iz deme coninge alliz ledig worden", nec ut plerumque fit, verba: „von sweme iz stirbt", jungenda sunt antecedentibus verbis: „daz horet

XIV. De venditionibus.

Caput 3. *Si a servo alieno comparaverit.*

Quum jure patrio diversissima fuisset conditio servorum, quos Bajuariorum legis hocce caput spectat, et hominum, quos ministeriales vocare majores nostri consueverunt, ob subministrandas servitii nomine vel rusticas vel militares etiam operas, ad locum quo dicitur irritas esse venditiones per servos insciis vel invitis dominis factas, mirandum non est capitis bavarici libri 158 principio quaestionem quoque motam esse de alienandi facultate, quae ministerialis conditionis hominibus concessa olim

---

in daz schulteidum." Judicis vicarium (scultetum) hic ut alias (v. c. art. 2 coll. bav. libri capite 1) apparet suffectum esse in apparitoris locum, de quo in nonnullis bavarici libri exemplis monui adjectum esse: „vnde ist si vri so ist si des vronboten."

Omnem vero propositam hoc loco saxonici libri doctrinam perquam dubiae auctoritatis esse prodit ejusdem libri art. 18 verbis: „Swas so getanes dinges ervelos irstirft. herwede. oder e r v e. oder rade —", ubi nullo facto discrimine ordinario judici tota vacans hereditas vindicatur (verbis: „sint so keret iz die richtere in sine nut"). Malim itaque credere appendicis saxonici auctorem, legentem in bavarico libro distingui apparitorem, ordinarium judicem et principis fiscum, simulque in vacantibus tributariorum praediis agrorum spectari mensuram, quum certum ea de re nihil quidquam sibi constiterit, aliquantulum indulsisse ingenio, curam vacantium immobilium bonorum ex mensura, quam rusticorum vel militum praedia excedere plerumque non solebant, arbitrarie vel judicis vicario, vel ordinariae jurisdictionis domino vel ipsi demum regi adtribuens. De vacantium autem bonorum non adquisitione sed c u r a fisci regii nomine gerenda accipiendum esse saxonici scriptoris locum probat art. 166, ubi dicitur, ad judiciariam sedem promotis imperii militibus, eamque ob causam manumissis hereditaria simul, quae sustentando huic honori sufficiant, praedia e x i m p e r i i b o n i s a rege concedenda esse, assignatis vel tribus vel pluribus mansis, quos vacare sub comitis administratione eo tempore contigerit. En ipsa hujus loci verba: „her [der koning] sol aber des riches gude also vele zu eigene ene geben. daz se schepen da abe wesen mogen. ir iowelkeme dre huve ode me. daz gut mut her nemen in der graveschap. swar iz d i e g r e v e ledic hat." Apertissime imperii bona hic dicuntur praedia, quae jurisdictionis non dominii jure comitibus vacabant.

fuerit. Interjectae semel ministerialium hominum mentioni debentur, quae praeterea de diversa hominum conditione in sequentibus bavarici libri locis nunc leguntur.

Caput 156 lit. a. Ex mancipii causá manumissos liberorum plebejae conditionis hominum jura nancisci, ministeriales vero principum milites manumissos equitum adipisci dignitatem [1]).

Caput 156 lit. b. Si liberos homines, quibus praeconis officium committatur, comes vel ordinarius judex non habeat, manumittendos a principibus esse servilis conditionis homines, qui eo fungantur munere [2]).

Caput 157. Ad capitis 156 verba: „er mac fvrbas niht an siner vriheit komen":

Qui coram uno judice dignitate sua destitutus sit, coram quovis judice ea destitutum censeri.

Res, sive capitis sive bonorum quaestio fuerit, coram uno judice judicata, quemadmodum coram alio judice probari possit [3]).

Caput 158. Nullam liberorum et ministerialium hominum in hereditariis causis differentiam esse, praeterquam quod deficientibus legitimis heredibus intestatorum bona beneficiario jure possessa exire dominorum potestatem nequeant, nec ejusmodi bona in alios quam ejusdem domini ministeriales homines alienare liceat.

---

1) Minus recte saxonicus scriptor (art. 166) regis quoque et principum manumissos ministeriales homines inter plebejos refert, quod falsum esse docet sequens locus de judicum assessoribus ex manumissis imperii militibus creandis.

2) Ad judicum assessores, quos in provincialibus judiciis equestris oportebat esse dignitatis, bavarici libri verba de praecone transfert saxonicus scriptor verbis: „Tzugeit aber der schephene binnen einir graveschaph —."

3) Sax. libri art. 168 ubi interpretationis causa monetur: si res coram alio judice judicata in controversiam deducatur, quum extraneus judex cogi non possit, ut rei coram se gestae testes sistat, mittendos duos esse nuntios, qui perceptum coram illo judice rei gestae testimonium referant.

Hucusque a primo saxonici libri scriptore praetermissa bavarici libri capita in appendicem relata quedlinburgense saxonici libri exemplum exhibet. Nova tamen supplementa ex denuo collato bavarico libro hausta offert in tres libros distributum saxonicum speculum, quae, secutus Homeieri editionem, suis locis indicabo.

De singulari ministerialium hominum jure plenius hoc libro dicendum non fuisse, quum ecclesiasticorum principum, abbatissarum et laicorum principum statuta de ministerialibus ditionis suae hominibus maxime inter se differant.

Si regis aut ecclesiasticorum principum ministeriales milites ex mutua conventione alterutrius partis ministerialibus feminis nubantur, aequa dignitate haberi susceptos ex hisce nuptiis liberos, et utrinque heredes parentibus succedere; primogenitum vero infantem, cujuscunque sit sexus, ecclesiae ministerialibus adscribi; similem vero cum laicis principibus conventionem inire regem non potuisse, quum inaequali dignitate sint regis et laicorum principum ministeriales milites, nec regi minuere militum suorum dignitatem liceat [1]).

Caput 12. *Ut per chartam venditio firmetur vel testes.*

Caput 159. De instrumentorum fide publica quemadmodum ex affixis pontificum, regum, principum, municipiorum, privatorumve signaculis statuendum sit.

Caput 13. *De pactis vel placitis.*

> „Pacta vel placita quae per scripturam quamcunque facta sunt, vel per testes denominatos tres vel amplius, dummodo in his dies et annus sit evidenter expressus, immutare nulla ratione permittimus."

Caput 159 lit. b. Quot testes in conficiendis rerum gestarum instrumentis adhibeantur. Aerae christianae annum subnotandum esse. Testium quoque signacula posse appendi.

Ad bavaricae legis verba quibus dicitur placita, de quibus per instrumenta aut testes constest, immutare nulla ratione permissum esse, varias juris communis libri auctor quaestiones subjecit, de impugnandis negotiis inter vivos mortisve causa gestis. Fluxerunt inde:

Caput 160 de impugnandis negotiis interveniente usuraria provitate gestis;

Caput 161 de mortis causa donationibus a conjuge binubo faciendis;

---

1) Quae speculum saxonicum (III. art. 73, §. 2) tradit de liberis ministerialium hominum, susceptis ex matrimonio inter disparis conditionis conjuges, ea non bavarico libro debentur, sed jus municipale saxonicum respiciunt (art. 3).

Caput 162 de parentum divisionibus inter liberos faciendis, liberisque exheredandis;

Caput 163 de mobilium bonorum donationibus, num a moribundo recte fiant;

Caput 164 de mortis causa donationibus in uxorem superstitem conferendis, ubi pacta dotalia non obstent;

Caput 165 de bonis eorum, qui sine uxore liberisque decedentes mortis causa disponere neglexerunt;

Caput 166 de eorum, qui coelibes et orbi decedunt, libera mortis causa donationes faciendi facultate; — de mobilibus originariorum bonis, qui intestati neque uxore neque liberis relictis decedunt;

Caput 167 de legitimis intestatorum heredibus;

Caput 168 ad capitis 167 verba: „vnde lat er varnde gůt. daz sol man ouch teiln alse diz bůch seit": — quaenam res, salva tamen locorum consuetudine diversa, inter mobilia aut hereditaria bona referenda sint [1]).

Praetermissi sunt bavaricae legis tituli:

XV. de testibus et eorum causis,

XVI. de campionibus et causis quae ad eos pertinent,

quod minime mirandum est, quum moribus introducta nova probationum ratione antiquae Bajuariorum legis praecepta in oblivionem jam dudum abierant. Accedit, quod bavarici libri concinnator ex Bajuariorum lege eos potissimum titulos adhibere hoc loco voluit, qui non tam judiciarias formas spectant, quam ipsas causas civiles, definitiva sententia componendas.

Titulus Bajuariorum legis:

XVII. de mortuis et eorum causis

a sepulcro violato exordium sumit: capite 1: *„si mortuum ex monumento ejecerit."*

Bavaricus autem scriptor rei religiosae, de qua hic sermo est, jus romanum respiciens, adjunxit res sanctas, quarum definitionem exhibet:

Caput 168 lit. b verbis: Sanctum est, quod sanctione aliqua subnixum est, veluti muri et portae civitatum etc.; quod argumentum plenius expendit:

Caput 169 rationem ex Romuli Remique historia repetens cur inter res sanctas muri civitatum relati sint.

---

1) Conf. bav. libri caput 26.

De rebus autem religiosis quum Bajuariorum lex egisset, juris communis libri concinnator aptissimum ratus est hunc locum, ubi de jurisjurandi quoque religione disquireretur; quo pertinet:

Caput 170 adhibitis Bertholdi argumentis, ex sacra scriptura haustis, probans: errare, qui doceant nec veritatem jurejurando affirmare licere[1]).

Eundem de jurejurando locum spectat:

Caput 171: perjurii illum quoque reum haberi, cujus consilio vel fraude alius pejeraverit.

XXXI.

Tituli Bajuariorum legis post decimum octavum qui reliqui sunt, varias in canibus, avibus, pomariis, nemoribus apibusque commissas noxas tractant, nec imprudenter a primo recentioris bavarici libri auctore neglecta sunt, quum jus non singulae cujusdam provinciae, sed germanicum commune componendum sibi proposuisset. Infra tamen apparebit, minus apto consilio

---

1) Ipsa bavarici libri verba magnam partem deprehendes apud Bertholdum, B. 2, S. 115: „Das fünfte: wer da spricht, man solle die wahrheit nicht beschwoeren und es sei Hauptsünde, wer der rechten wahrheit schwoere — den haltet für einen Ketzer"; praesertim vero, B. 1, S. 286: „Der zweite Haelbling ist das zweite gebot: du sollst deines Gottes Namen nicht unnütz nennen. Der Haelbling hat auch zwei Theile. Der erste ist: du sollst weder aus Liebe noch aus Leid, noch wegen Lohn, noch wegen eines anderen dings einen meineid schwoeren, und sollst nicht umsonst die Warheit beschwoeren. Wenn ich zehn Eide schwüre, dass ein Holz ein Holz sei, oder ein Stein ein Stein, oder wie man immer unnütz schwoert, da gar keine ursache ist und auch zu nichts gut ist, wie wahr es auch ist, so hat man das zweite gebot gebrochen. Und es spricht Salomo: wer viel Eide schwoert, der wird erfüllt mit Sünden, und es kommt das Unglück von seinem hause nicht. Man schwoert der Warheit ohne Sünde wohl, die nütze und recht ist, und da man dessen nicht entrathen mag. Damit strafen wir die Ketzer Lügen. Die sagen: man solle der wahrheit nicht schwoeren. Sie lügen. Man liest in der heiligen Schrift, dass die guten Leute im alten Bunde geschworen haben, und die heiligen Bunde. Es sah S. Johannes in Apokalypsi dass ein Engel schwur u. s. w."

usum bavaricae collectionis recognitorem quendam nec hosce locos deesse ab eo libro voluisse.

XXXII.

Ad Tancredi judiciarium ordinem reversus bavarici libri auctor titulo:

II. quae sententia ipso jure sit nulla

aptavit:

Caput 172 ubi verbis: „Ez ist etwa gewohnheit —", monetur: ut valeat res judicata quibusdam in jurisdictionibus duodecim assessorum sententias colligendas esse, causaeque victoriam obtinere qui plurima eorum suffragia tulerit; posse tamen ad superiorem judicem deferri quaestionem controversam.

Rejectis quae ex notis ad Bajuariorum legem fluxerunt, saxonicus scriptor ab hoc inde loco continuavit interpretandi patriisque consuetudinibus aptandi juris communis libri laborem, quoad fieri poterat accuratissime exempli sibi propositi vestigia secutus.

Conveniunt itaque in utroque germanico libro:

Caput 172 a verbis: „*Vmbe eine verworfene vrteil div fivrbaz gezogen wirt. da sol der richter nvit vmbe vragen.*"

Art. 60. „*Umme ein geschulden vrteil ne sol men nicheiner volge vregen.*"

Tancredus titulo:

III. quo remedio valida sententia sublevetur

disquirit quot modis sententia alioquin valida retractari queat. Idem hoc argumentum spectant:

Caput 172 a verbis: „*dem div vrteil fvnden wirt ze nvtze*", ubi observat scriptor:

Retractare sententiam a se ipso latam non licere judici nisi consentiente eo, cujus in favorem ea causa judicata fuerit [1]).

---

1) Locum hunc in quedlinburgensi exemplo praetermissum ex bavarico libro supplevit recentior manus spec. sax. libro II art. 12 §. 14 verbis: „De 't oh gevunden hevet u. s. w."

Caput 173. Deprehensos in crimine, proscriptos excommunicatosque latam in se condemnationem reprehendere volentes audiendos non esse.

„Wirt eyn man gevangen um ungerichte und vor gerichte gebracht —."

XXXIIII.

Loco de malefactoribus in vincula conjectis (c. 173) bavarici libri concinnator (capitibus 174—205) pleniorem de criminum poenis tractatum subjecit, cujus sequentia sunt argumenta.

Caput 174. De criminibus non pecunia, sed capitis poena aliave corporis coercitione luendis.

Art. 61. *„Nu vernemet um ungerichte —."*

1. De furibus ad furcam damnandis. Detonsis crinibus fustibus aut virgis castigandos esse fures, si minus quinque solidis aestimata fuerit res furtiva.

„Den dief sol men hangen."

In leviores quascunque causas, quae corporis tantum coercitionem merentur, civium magistris animadvertendum esse.

Indictam corporis coercitionem quinque solidorum mulcta lui posse, ita tamen ut prius damnum passo satisfiat [1]).

In verberibus infligendis triginta et novem plagarum modum excedendum non esse [2]). Infamia notari furti damnatos.

---

1) In admodum contracto hoc loco saxonicus scriptor rusticorum magistrum substituit civium magistro, mulctaeque dictionem illi non quinque sed trium solidorum adtribuit.

2) Patet mosaicam legem (5. Mos. c. 25, v. 2, 3) respicere hunc locum.

Castrorum comitibus notionem esse de falsis ponderibus et mensuris aliisque fraudibus commissis in rebus venalibus.

2. Contusis artibus ultimo supplicio afficiendos esse sicarios, rerum sanctarum violatores, proditores et incendiarios vitae periculum inferentes.

Art. 62. *„Alle mordere unde die den pluch rouben. oder molen — die solle men alle rade stozen."*

Testibus vel judiciarii certaminis victoria reos convincendos esse.

3. Gladii poenam statuendam esse in homicidas, latrones, incendiarios, qui nullum vitae periculum intulerint, vi stuprum facientes, pacis fractores et adulterii reos [1]).

„Die den man sleit oder veit oder roubit — den sol men daz houbit abe howen."

4. Furium aut sicariorum tam adjutores quam fautores eadem qua ipsi malefactores poena afficiendos esse.

„Die duve hegit oder roub — men sol uber se richten alse uber iene."

5. Haereticos, incantatores et veneficos impositos cratibus cremandos esse.

„Swelk cristenmann ungeloubich ist — den sol men uph den hurt burnen."

6. Judicem, qui jus postulanti reddere noluerit, a superiori judice eadem poena afficiendum esse, cui reus ab eo damnandus fuisset [2]).

„Swelk richtere ungerichte nicht gerichtet der is desselben gerichtes schuldich. daz uber ienen solde gan."

---

1) Quum verba: „diz bescheiden wir allez wol harnach", ad posteriorem particulae hujus locum referri nequeant, constat integrum hoc caput, retentis per incuriam quae modo laudavi verbis, aliunde in bavaricum librum translatum esse.

2) Verbis: „dez haben wir gůt vrkvinde in Moyses bůche. alse hie vor in disem bůche stat", qui praecedens bavarici libri conveniat locus frustra nunc quaeritur. Si juris communis libri integrum

Suspendi judiciariam potestatem judicis, qui jura postulantibus reddere detrectaverit.

„Nieman is ouch plichtich des richteres ding zu suchene noch rechtes im zu plegene. die wile her selbe rechtes weigert hat."

Caput 175. Ad capitis 174 verba: *„Swelk rihter nvit en rihtet alse im geclaget wirt —":*

Praeconem qui judicis mandata non, prout sibi jussum erat, executus fuerit, quive judici patefacienda celaverit, aut reticenda divulgaverit triginta fustium plagis castigandum esse [1]).

Emblemata.

Art. 63. De homicidio in justa sui ipsius defensione commisso.

Art. 63 verbis: *„Swelk man vor gerichte —":* de manu vel perdenda vel redimenda ex commissa actoris cautione de suscipienda rei defensione adversus tertium eandem ob causam denuo agentem [2]).

---

hoc caput additamentorum ad antiquam Bajuariorum legem pars olim fuisset, referri haec allegatio posset ad notam ejus legis capiti 17 titulo II adscriptam. Hoc sane evidentissimum est, utramque obviam in hoc capite allegationem ex alio quodam fonte, cui totus debetur locus, manasse, quod certissime indicat, bavaricum scriptorem, qui allegantia illa verba imprudenter retinuit, non saxonicum qui ea delevit, ipsum adiisse illum fontem.

1) Male transpositum hunc locum saxonicus scriptor exhibet articulo 64, ubi ex instituta bavarici libri ratione de pecuniariis tantum poenis agendum fuisset.

2) Supplementi hujus, hausti ex jure municipali saxonico (art. 114), occasionem praebuit poena perdendae manus ob hominem vel vulneratum vel debilitatum, quam sequens bavarici libri caput memorat, quamque ob argumenti similitudinem turbato ejus libri ordine hic statim subjunxit saxonicus scriptor verbis: „Swer den anderen lemet oder wundet —."

Caput 176. De injuriis hominumque laesionibus aut talione manusve amputatione vindicandis, aut pecuniaria poena luendis.

Art. 64. *„Jewelk man hat buze nach siner bort. her ne habe se virwarcht —"* [1]).

Qui laesi membri aestimationem acceperit eodem membro postea truncatum non nisi mulctam a reo solvendam consequi.

Caput 177. Impuberes ex delicto de damnis mulctisque teneri, aut patres qui eorum bona possideant, capitis tamen aut membrorum poena delinquentes afficiendos non esse.

Infantes nec vita aut membris puniri, nec bonorum ex delictis jacturam pati, nec patres eo nomine teneri; infantis vero necem parentibus, et si parentes superstites non fuerint, cognatis tutoribusve luendam esse. Cf. infra caput 257.

Caput 178. De emancipato filio patrem non teneri ultra modum substantiae, quae ex filii bonis apud eum remansit.

Ex patris defuncti delicto in filium actionem non dari, nisi vel ipse vivus pater convictus fuerit, vel actor datis proba-

Art. 65. *„De sone ne antwordet vor den vater nicht. swen her stirft. swaz her ungerichtes hat getan"* [2]).

1) Anticipasse saxonicum scriptorem articulo 63 poenam perdendae manus ob hominem vulneratum vel debilitatum et male huc transposuisse locum de praecone fustibus castigando jam supra (p. 119 nota 1, 2) a me notatum memineris.

2) Omisit saxonicus scriptor, quae de interjecta protestatione excipiendi causa in bavarico libro addita leguntur.

tionum dilationibus de actione in heredes continuanda protestatus fuerit.

Ex defuncti bonis tam laeso quam judici satisfaciendum esse; liberos autem de dote, quam vivo parente acceperint non teneri. Potiores in defuncti bonis esse creditores ejus prae judice cui mulcta debetur.

Patre una cum filio ejusdem criminis reo neminem alteri, ut exculpetur, jurisjurandi posse comitem esse, qui non ipse prius exculpatus fuerit; idemque et in aliis criminum consortibus obtinere.

Art. 65. „*Die vater mach den sone uz neme ob her um ungerichte beclaget wirt.* [*die wile her von yme nicht gesundert nis*]. *also daz her swere uph den heiligen. daz die sone der tat unschuldig si. wirt aber beide vater unde sun beclaget um eyne tad. da her mach her ine nicht abe genemen. her ne habe sich selbe allir erst untredet*" [1]).

---

1) Loci hujus sensum mutavit saxonicus scriptor respiciens jus municipale saxonicum art. 76.

Notae capitis 178 verbis: „der vater antwvirtet fvir den svn. den her vzgestviret hat", in juris communis libro a recentiori manu in margine procul dubio olim adscriptae, male nunc ibi insertae leguntur post locum de modo in castigandis discipulis adhibendo (capitibus 186—191). Saxonicus scriptor quae in bavarico libro de bonorum parte perfectae aetatis filiis a patribus concedenda capite 186 longinquius disjecta occurrunt, ad locum cui interpretando inserviunt revocavit, scilicet ad sententiam de actione ex filii delicto in patrem non danda, postquam separatam ille rem familiarem habere coeperit, art. 65 verbis: „Die vater mach wol den sun sunderen von yme vor gerichte mit iewelkeme gude. daz die sune annemen will. swi cleyne her si." Transposito autem capitis 186 argumento subjunxit continuo, quae in bavarico libro tractantur capitibus 187—203. Inde factum est, ut inverso nunc ordine sibi respondeant:

Caput 179. Ad caput 176. Qui alterius servum injuria afficiat, ubi in domini contumeliam hoc factum sit, utriusque hujus injuriae nomine teneri [1]).

Caput 180. Ad capitis 178 verba: *„der vater antwvirtet fvir den sun“:*

De exhibendis captivis respondere unumquemque principi, cujus loci jurisdictio sit. Nisi obediatur judici, exhiberi captum jubenti, retinentis arcem obsidendam esse, convocato communi terrae auxilio [2]). Cf. c. 253.

Decem libris mulctandum esse qui vocatus non pareat. De annona

Bavarici libri:	Saxonici libri:
Capita 179—184.	Art. 79 a verbis: „Swer eynis mannis knecht sleit oder vehit —“, usque ad art. 80 verba (Gaertner p. 260): „Swar die richtere sin gewedde nicht uz phanden ne mach —.“
Capita 185—203.	Art. 65 a verbis: „Die vater mach wol den sun sunderen von yme vor gerichte —“, usque ad articuli 79 verba superius relata: „Swer eynis mannis knecht sleit etc.“

Ne in synoptica bavarici saxonicique libri tabula utriusque operis continua argumentorum series interrupta appareat, saxonici libri cum bavarico collationem in notas conjeci, a latere bavarici libri in synoptica tabula nonnisi summatim indicans, quo ordine saxonicus liber procedat.

1) Art. 79 verbis: „Swer eynis mannis knecht sleit —.“

2) Art. 79: „Swer eynen man gevangen hat —.“ Ad verba: „gevangen hat“ plura hic afferuntur de personis in recens commisso crimine deprehensis („De hand hafte tad is da etc.“) et de furto concepto et rei furtivae vindicatione („Swer uber den anderen tach sine dub oder roub under eyneme manne vint —“, usque ad articuli 80 finem), hausta partim ex jure municipali saxonico art. 130—133.

militibus praestanda pro eorum numero qui expeditioni intersint.

Caput 181–184. De damnis per imprudentiam datis.

Caput 181. Foveas puteosque sepibus circumdandos esse, ne imprudens quis decidendo laedatur. Iter publicum fossis impediendum non esse.

Cujus latitudinis oporteat viam publicam esse. Cf. c. 221.

De reficiendis itineribus publicis.

Caput 182. Qua poena afficiendus sit, qui sagittis jaculisve imprudenter usus hominem interfecerit aut vulneraverit [1]).

Caput 183. Arborem ad viam caedentem, qua homo occisus sit, nisi ter proclamaverit, gladii poena afficiendum esse; si pecus occisum sit, ejus aestimationem reum debere et insuper a judice mulctari. Quemadmodum exculpetur, qui se, ut debuit, proclamasse dicat.

Caput 184. Idem quod praecedenti capite dictum est, obtinere, si homo carpenti in via publica disjecti mole oppressus fuerit.

Caput 185. Impunem esse qui virgis aut manu tantum illata discipulum castigaverit. Qui aliter quam virgis sanguinolentum faciat discipulum

1) In unam sententiam hujus et praecedentis capitis argumentum contraxit saxonicus scriptor, quedl. cod. articulo 81.

cognatis ejus judicique pecuniaria poena teneri (cf. c. 247); in homicidam ut supra dictum est animadvertendum esse. Quot plagas castigantem impune infligere liceat.

Caput 186 ad capitis 178 verba: „*Der vater antwvirtet fvir den svn nvit. den er vz gestviret hat*":

Filio viginti quinque annis majori pro facultatum modo a patre bonorum suorum partem concedendam esse, ita ut majorem substantiae partem ipse pater sibi retineat; eoque nomine filio in patrem actionem dari.

Unico filio plus quinta bonorum parte concedere patrem non cogi, si plures pater filios habeat bonorum divisionem ita instituendam esse ut liberi bessem, accipiant, trientem pater retineat [1]).

1) Art. 65: „Die vater mach wol den sun sunderen — mit iewelkeme gude. daz die sune annemen wil. swi cleyne her si." Lips. Codex minus recte: „wie cleine iz si"; non enim trahenda est sententia ad dotem vel majorem vel minorem, de qua superfluum fuisset dicere post verba: „mit iewelkeme gude. daz die sune annemen wil"; sed ad filii personam. Quum enim bavarici loci auctor tantum egisset de filiis viginti quinque annis majoribus saxonicus scriptor emendandi causa notavit concedi posse bonorum partem filio, quam sit parvulus. Lectionis autem haec diversitas ejusmodi est, ut vera scriptio dijudicari nequeat, nisi ad bavaricum librum, unde totus manavit locus, recurras.

Ad praecedentis articuli verba: „Die vater mach den sone uz neme —", pertinent, quae sequuntur: „Die herre mut och wol uz nemen sinen eygenen man. swen her virteilit is. ob her daz geweren darn uphen heiligen. daz her sin inborn eigen si. unde daz her der tad unschuldich is."

Ad locum de filiorum separatione a re paterna familiari saxonicus

Caput 187. Loco de filiis a patribus separandis adjungitur hic quaestio de aedibus a solo separandis. Notat capitis hujus scriptor aedificia a colono constructa eodem quo solum jure ad ejus heredes transire, nisi eques ejusmodi aedificia in uxorem matutinalis doni nomine contulerit, quo casu secum ferre superficiem viduae licebat, nisi redemissent eam heredes [1]). Finito autem perpetuae locationis jure aedes cum solo recipere fundi dominum [2]).

Caput 188. Aedes usufructuario jure a vidua dotalitii nomine possessas postquam obierit ad mariti heredes cum fundi proprietate pertinere, aut reverti ad dominum, a quo beneficiario jure fundum maritus tenuerit [3]).

---

liber notat articuli 66 verbis: „Bruder unde swester —", in fratrum sororumve defunctorum bonis a paterna substantia non separatis praeferri fratres sororesque rem indivisam habentes prae illis, qui paternae maternaeve rei divisam acceperint partem; fratrum vero prius in communione defunctorum filios eodem loco haberi, quo superstites fratres, qui a hereditatis cum defuncto communione discessissent.

Quae sequuntur verba: „Vul wergelt unde vulle buze sol haben iewelk man al darve her eynis ledis. di wile her vor gerichtis sine lemnisse nicht bewiset. so daz her darn vormunden gewinnen"; apertum est male huc inserta legi, quum pertineant ad articuli 64 verba: „wundet man eyn man an eyn led. daz iz im vergulden is vor gerichte etc."

1) Conf. supra capite 18 verbis: „vnde zv̊ne vnd gezimmer ob der erde —."

2) Art. 66 verbis: „Die tinsmann [swer her si] erft sin gebuwer upphe sinen erben —."

3) Art. 66: „Hat ouch eyn wiph libgetucht —." Commentatoris manum prodit ratio, quae in saxonico libro addita legitur verbis: „wenne iewelk man mut wol sin gebuw bezzeren unde ergeren upphe sime lene weder sines herren wille. also mut de vrowe uph irer lipgetucht."

Caput 189. Fundo alicui, ut ex locationis lege aliove quodam jure teneatur, concesso, concessa quoque videri aedificia, quae solo imposita sunt, nisi expresse ea fundi dominus exceperit [1]).

Caput 190. Ad capitis praecedentis verba: *„der herre dinge den bv danne vs —"*:

Ubicunque municipalium judiciorum assessores constituti sint, ipsos in rebus gerendis testes adhibendos esse; aliorum vero hominum testimonia tantum admitti, quoties de crimine (homicidio v. c., furto vel bonis raptis) agatur.

Coram judice gestis si recordari judex noluerit, cujusvis generis probationibus pro obtinendo jure uti licere [2]).

---

1) Art. 67: „Liet ouch eyn herre eyn gut —."

2) Palam est quemadmodum cohaereat bavarici libri haec brevis nota loco qui praecedit de pactis in fundorum locationibus adjiciendis. Saxonicus scriptor in universum hic tractandum sibi proposuit de causis, in quibus vel judicis testimonio opus sit vel non, verbis articuli 67: „Swaz eyn man iegen den anderen getzugen sol —", docens: sufficere adhibitos duos ejusdem jurisdictionis testes, quotiescunque actio intenderetur, quae pecuniariae tantum poenae periculum inducat; majoris causae ubi ipse judex reus fiat, ejus vicarii apparitorisve testimonio opus esse; quae autem coram judicio gesta ex judicis vicarii, apparitoris assessorumque dictis constent, de his testimonia ab eo qui praeest jurisdictioni neganda non esse, licet prius nullam eorum notitiam ipse habuerit, nec nocere cuiquam, si rebus coram judicio gestis judex injuste faciens recordari noluerit. Commentatoris, aequa prolixitate quae prima scriptionis erant, quaeque fortuite accesserunt discutientis nemo non hic industriam agnoscet. Haustae sunt hae additiones ex jur. mun. sax. art. 17.

Loco de probandis rebus coram judicio gestis cohaeret saxonici libri articulus sequens (68), notans susceptum monasticum votum adversus inficiantem non judicum recordatione sed septem testium dictis probandum esse.

Caput 191 lit. a ad capitis 186 verba: *„vnd hat er me kinde danne eins. so teilt er mit rehte“:*

Aequa lance distribuenda esse parentum bona inter liberos ex primis, secundis, tertiisve nuptiis susceptos [1]).

Caput 191 lit. b. ad capitis 187 verba: *„wirt ez ovch lidig einem herren. der nimet den bv mit dem lehen“:*

Alienae possessioni nemo nisi interveniente judicis auctoritate se intromittat. Rei litigiosae possessionem, si contumax tenens fuerit, ad actorem transferendam esse [2]).

Capitibus centesimo nonagesimo secundo usque ad centesimi nonagesimi septimi finem bavaricus scriptor de poenis

---

1) Art. 69: „Die wile die man ane wiph nicht wesen ne wil. oder ne mach —.“

2) Art. 70: „Men ne sol nemande uz sinen weren wisen von gerichtes halven —.“

Post verba: „so virdelt men yme die were mit rechte“, bavarici libri adnotationem interpretans saxonicus scriptor disserit de diversis modis, quibus juste abalienetur alicujus rei possessio, verbis: „Jewelk man die mach sinis rechten gudes mit rechte anich werden. ob er iz virkouft —.“ Locus: „da umme ne mut men nemande sine were mit rechte abegedwingen. se ne werde yme abe gewunnen mit rechte da her zu antworde si —“, quum aliis tantum verbis repetat haustam ex bavarico libro sententiam, ostendit quam egregie fallantur qui bavaricum librum docent ortum esse ex saxonici libri commentatione, quum hic contra, ut alias saepissime, saxonicus scriptor verbosus deprehendatur in enucleando et explicando bavarico libro. Interpretandi studio similiter debetur sequens saxonici libri locus: „Wirt aber eyn man beclaget umme roufleke were —“, ubi ad bavarici libri sententiam, rite in jus vocandum esse tenentem priusquam illi possessio adjudicetur, excipiendo notatur nulla citatione opus esse, si latrocinii reus in recens commisso crimine deprehensus fuerit.

tractatum continuat, colligens, quaecunque sibi de delictis adversus rem publicam et communem securitatem in promptu erant, ordinem qui sequitur tenens.

Caput 192. De monetae adulteratoribus; interspersis variis de monetarum jure notationibus [1]).

Caput 193. De teloneis [2]).

Caput 194. De impetranda ab itinerantibus custodia [3]).

Caput 195. De eorum mulcta, qui per cultos aliorum agros iter capiunt, pignoribusque eam ob rem capiendis impedimenta faciunt [4]).

Caput 196. De lignis ex aliena silva aut graminibus in alieno fundo caesis, deque piscationibus, ubi alienum est jus piscandi [5]).

---

1) Art. 71: „Phenninge sol men virnyen alse nye herren coment —." Bavarico libro a capitis 192 verbis (lit. b): „Nieman mag erheben nviwe merkede —", respondet articulus 72: „Nemant ne mut nicheynen markit noch munce irhaben —."

2) Art. 73: „Swer brucken toln oder wazzer toln untfurit —." Art. 74: „Phaphen unde riddere. unde ir gesinde soln wesen toln vri. Jewelk man sol wesen toln vri — swar her schipphes oder brucken nicht ne darph." Male hic scriptum est: „Jewelk man", ubi rectius in bavarico libro: „Ein jegelich wagen —"; pertinet enim haec sententia ad illustranda praecedentia verba: „— der geladen wagen viere —."

3) Art. 74: „— unde mit rechte si her geleides vri —." Verba: „Ein idel wagen gibt halben toln etc.", disjectam additionem exhibent ad praecedentis articuli locum: „Diz ist die brucken toln —."

4) Art. 25: „Swer eynen unrechten wech sleit uber gewunnen lant —." Conf. infra c. 280.

5) Art. 76: „Swer holt howet oder gras snidet —." Verbis: „in eins andren mannes wage", ubi vox „wage" significat omnem aquam

De eorum poena qui alienas arbores fructiferas succidunt, aut terminos movent.

Caput 197. De nocturnis pabulationibus lignationibusque [1]).

Lit. b. Ad capitis 196 verba: „*in eins andren mannes wage*": in cujusvis alvei perpetuo flumine publicam esse tam navigationem quam piscationem [2]).

Pergit bavarici libri de poenis tractatus capitibus centesimo nonagesimo octavo usque ad ducentesimi finem disserens de bonis reorum.

Caput 198. Sententia a qua incipit hoc caput continet male insertam explicationem ad verba quae sequuntur: „*Sin nehsten erben erben sin gůt.*" Notatur scilicet hereditaria bona non reputari, quae aliter quam intestati successione alicui obvenerint [3]).

---

viventem, quae ventis turbatur, ut in praefatione lit. a: „die vische in dem wage", substituit saxonicus scriptor: „in eynes anderen mannes wazzere an wilder wage" i. e. aqua quae, nullum habens certum alveum, modo huc modo illuc per agros privatorum defluit. Distinguuntur ab ea primum lacus piscatorii ex opere manu facti: „vischet her inne diken die gegraben sin", deinde (art. 77), publica flumina alveo inclusa, ubi navigare et piscari omnibus permissum sit: „Swelk wazzer strames vluzet."

1) Art. 76: „Swer in der nacht howit gras —."

2) Art. 77: „Swelk wazzer strames vluzet —." Bavaricus liber: „Jegeliches wazzers rames flvz —." Verbis: „die vischer svln ouch nvit daz wasser niessen. wan alse verre. so si einest mit dem netze gestrichen mvgen vz dem schiffe", ad propositum de piscationibus argumentum pertinentibus saxonicus scriptor praeter rem substituit: „Die vischere mut och wol daz ertriche nutzen etc."

3) Saxonicus scriptor quem fugerat, nonnisi explicationem ad ea quae sequuntur huic inesse loco, eadem qua alias sedulitate in inter-

Caput 198 a verbis: „*Swer vor gerihte sinen lip verlviset*":

Capitis damnatorum bona hereditaria ad legitimos eorum heredes venire[1]); in fiscum redigenda non esse, nisi quae legitime illi adjudicata fuerint.

Actori restituenda esse bona sua quae apud reum inveniantur, alienatorum duplum illi ex rei substantia praestandum esse [2]).

Caput 199 ad praecedentis capitis verba: „*hat er dez clagers gůt iht inne. ist ez da zegegeni. wen sol ez im wider geben*":

Bona rapta vel furtiva quae sententiam passus reliquerit, absente

---

pretando juris communis libro desudavit, sententiam sibi obviam taliter pervertens, ut ratio, qua interjecta hoc loco sit, nisi adhibito bavarico libro deprehendi omnino nequeat. Definitioni videlicet bonorum hereditariorum, quam bavarici libri margo suppeditaverat verbis: „Swer sech eyn erbe anspricht nicht von mage halben —", substituit sententiam: qui immobilia bona (ita enim hic interpretandum est vocabulum „*erbe*") petat, non hereditario jure ea sed aliunde sibi adquisita dicens, audiendum non esse, nisi testibus probet rite eam alienationem coram judice celebratam esse.

1) Cf. Ottonis de S. Blasio app. ad Ottonis Fris. librum VII, capite 50 (Urstisius p. 162): „Post hoc apud castrum Noricum colloquium habens a Bavaria in Alamanniam pervenit, ibique in epiphania domini apud Augustam colloquium habens Ottonem palatinum de Witilinspach nec non marchionem de Anadehse lege bavarica sententialiter propter occisum Philippum proscripsit, eosque dignitatibus, beneficiis ac praediorum suorum reditibus, sine spe recuperationis judicialiter privavit, dignitates eorum in alios transferens aliisque beneficia concedens, reditibus praediorum haeredibus eorum delegatis —."

2) Art. 77 sub finem: „Swer von gerichte sin liph vorlusit. sin naeste gedeling nimt sin erbe."

eorum domino judex per annum et diem custodiat, expectaturus an aliquis ea sibi vindicaturus veniat; post annum et diem in fiscum redigantur nisi vindicans legitime impeditus fuerit [1]).

Caput 200. Neminem malefaciendo committere aliena bona, quorum duntaxat custodiam habeat, sed vita rebusque propriis luenda esse crimina perpetrata [2]). Denique si quis malefactor comiserit bona, res emtas, quarum nondum soluta ab eo sunt pretia, quaeque inveniantur apud reum, restituenda esse venditoribus; idque ita consentaneum esse juri divino.

Quum praecedentis capitis sub finem divini juris mentio illata fuerit, occasionem id cuidam bavarici libri recognitori dedit, inserendi hoc loco juris Mosaici de criminum poenis expositionem, quam post capitis ducentesimi verba „daz ist gotes reht" exhibet:

Caput 201, incipiens: „Disvi wort sprach got selbe wider Moysen."

Locus ex ipsis sacris scripturis haustus ordinem tamen prodit libri de collato ad legem Mosaicam jure romano, cujusque ad schema antiquam Bajuariorum legem supra docui compositam esse. Totum autem hoc caput prius scripto bavarico libro a recentiori manu insertum aut in margine additum esse diserte nos docent finalia ejus verba: „Hie sint dv wort vz div got gesprochen hat. dvi haben wir darvmbe in diz bůch

---

1) Omissa sententia, cui nota haec, ut supra monstravi, cohaeret, ejus argumentum repetit saxonicus scriptor art. 78 verbis: „Duve noch roub die men under yme vint —."

2) Art. 79: „Nieman ne mach virwerken eynis anderen mannis gut. ob her iz under yme hat. dennoch her sinen liph verwirket." Reliqua quae in bavarici libri capite supra relato leguntur praetermisit saxonicus scriptor.

geschriben. daz man wisse. daz reht gerihte dez ersten von des almehtigen gotes mvnde ist gebotten. vnde gesprochen. vnd daz man disem bůche deste baz gelovbe."

Ad interruptum locum de delictis adversus publicam securitatem commissis pertinet deinceps:

Caput 202 de nocturnis pabulationibus, cujus sub finem cavetur, furti reum non haberi peregrinantem, qui lassum caballum pascendi causa faciat carpere alienam herbam [1]).

---

1) Art. 82: „Swer des nachtes korn stelet. die verschult den galgen. stelet her iz des tages. iz geit yme an den hals. [in aliis exemplis: „*dat* vel *sin* hovet"]. Swelk wechferdig man korn upphe dem lande vrezit unde daz nirgen ne vuret. die gelde den schaden nach sime werde." Integrum hunc locum apposui quo apertius ex instituta bavarici libri collatione fiat, saxonicum scriptorem ex nimio brevitatis studio depravasse hic mutilumque fecisse exemplum in scriptione sua sibi propositum. Primum enim quis non statim agnoscat parum differre nocturna et interdiu commissa furta, quorum altera suspendii altera capitis poena vindicanda fuissent. Rectius bavaricus scriptor exhibet: „Swer nachtes korn stilet. der ist dez galgen schuldig. — tůt er ez tages. so giltet daz pheniwert den rehten tvmen. vnd daz eins schillinges wert ist oder me die hant. tůt er die getat andrest. wen sleht im den andren tumen abe. tůt erz zem dritten male. so slahe man im die ander hant abe."

Perpetuae commentationis ad speculum saxonicum auctor hoc loco notat: „Vnde wen di dueve des nachtes gemeiner is wan des dages, darumme piniget men dy mer wan desse. — Dar vmme secht he hir. Wy des nachtes korn stelet, dy vorschult des galgen. Dy aber in deme dage stelet. deme geit yd an den hals etc. Dat is dat men em dat hovet aue schlaet." Merito talia legentes haesitamus, an magis miremur librariorum stupiditatem, quos omnes fugit mendosa exempli scriptio, vocem „hals" exhibentis, ubi in promptu erat „hant" legendum esse, an interpretis stoliditatem, qui ejusmodi ineptiae rationem afferre conatus est, an denique virorum nostrae aetatis eruditorum superstitionem, qui ex tam inquinatis fontibus praecipue veram antiqui patrii juris notitiam deducere se posse confidunt.

Caput 203. Ad capitis praecedentis verba: *„Vf swelher burg man nahtes fůtteret —":*

Deinde bavarici libri locus: „Ein man snidet wol sinem mv̊den pherde ein fůter. daz gegen einen pheniwert gezuihet. ob her wenet daz ez erligen welle. dez můz er ouch swern. ob ez ienre nuit enbern wil. dez daz korn ist. er lat ouch sin pherit wol tretten mit den vordren fv̊zzen in den esch. vnd lat ez essen vntz ez wider kvmet, vnde er sol dez fůters nuit dannan fůren", apertissime innititur aut certe consentaneus est Henrici regis constitutioni anni 1230 (art. 7; Perz leges II, 267) ubi similis occurrit sanctio: „Viator in via, unum pedem tenens equo suo, cultello, gladio vel falce segetes incidere potest, ita quod nihil deferat. Si autem segetes aliter inciderit et aliquid inde detulerit, [et] pacem violaverit, [sicut] fur suspendetur." Saxonici autem libri locus argumento huic conveniens, nulla ejusmodi auctoritate fultus, quis non mecum sentiat quam sit absurdus. Sive enim cum quibusdam exemplis legens: „Swelk wechverdich man korn up dem lande ettet", sententiam ad ipsum peregrinantem referas, frumenti spicas, ut famem propellat, manibus extricantem granisque vescentem, sive, legens „vret" vel „vrezit" cum latinis versionibus interpreteris locum de jumento pascendi causa in segetem immisso, utroque casu quis animum inducat, adeo veteres saxones fuisse parcos, ne dicam avaros, ut ob foeni manipulum aut frumenti aliquas spiculas ad consequendam frugum consumtorum aestimationem in peregrinantes actionem dederint, quum alias proavos nostros, divinae legis (5. Mos. 23, v. 24, 25) memores constet eam tenuisse hospitalitatis legem, ne cui praetereunti negaretur decerpere uvam aut colligere spicas, manu conterendas, quibus satiaretur, ut refertur bavarici libri capite 201, verbis: „vnd gat ein man in einen wingarten. er sol der winber essen alse vil alse im gevalle. vnd sol ir dar vz nuit tragen. vnd gat ein man in einen esch. er sol der eher brechen. vnd sol si zerriben mit der hant. vnd esse dez kornes. ob in hungert. vnd snide sin mit sicheln nuit." Conf. quae eandem ad rem ex majorum nostrorum monumentis lectu non injucunda collegit Grimm Rechtsalterthuemer, p. 401. Curiosius vero inspicienti patebit loci hujus in saxonico libro corruptelam ortam esse ex male intellectis bavarici loci verbis: „ob ez ienre nuit enbern wil", quae dicta de jurejurando, actore instante, a furti reo eam ob causam praestando, forsitan loco: „dez můz er ouch swern", legens: „des můz er ouch wern" de praestanda rei aestimatione, qua carere fundi dominus noluerit, interpretatus est epitomator. Talem in modum a primo saxonico scriptore

Ex famuli mercede conducti delicto teneri dominum in id duntaxat quod mercedis apud eum reliquum sit, nisi fidejussor extiterit.

Posterior scriba ad hunc locum notasse videtur, quae sequuntur:

Expulso ante diem operarum locatori integram statuti temporis mercedem deberi; tantundem conductori competere si susceptum ministerium famulus non justas causas habens intempestive dimittat, solutaeque jam mercedis duplum eo casu restituendum esse operarum conductori [1]).

---

corruptam bavarici libri sententiam posterior quidam scriptor, collato iterum bavarico exemplo, non recognovit, sed omissam credens ex eodem fonte supplevit, alio tamen loco (spec. sax. II, a. 68; quedl. exempli articulo 106), ad caput ubi agitur de equitibus quos secum ducere comites licebat venienti ad conventum juri dicundo habendum; non videns pugnare hanc regulum cum his quae nostro in loco de actione eo nomine ad indemnem praestandum fundi dominum tradita reperiuntur.

1) De his qui ex aliorum delictis tenentur indicavi jam supra (capitibus 177, 178, 180) tractatum esse. Obiter bavaricum librum perlustranti posset mirum videri, unde hic post furta nocturno tempore in alieno agro commissa (c. 202) loco qui sequitur (c. 204) de damnis per pecora illatis praemissa denuo appareat haec questio. Sed intentius legas caput 202, ubi statuitur decem librarum mulctam incurrere dominum castelli, unde nocturnae pabulationes in vicinos agros commissae probentur, verbis: „Vf swelher burg man nahtes fůtteret. da ist der wirt dem rihter schuldig zehen phunt." Jam palam est, ne ad exemplum ea consuetudo traheretur, cavisse interpretum aliquem, in universum de libere famulantium delictis non teneri operarum conductores.

Articulo saxonici libri 79 (Gaertner, p. 240) redditur hujus loci argumentum verbis: „Nemant ne is vor sinen knecht phlichtig zu antwordene vorbaz alse sin lon geweret —", sed turbato genuino exempli ordine quo capiti 203 connectitur proposita quaestio; inversa scilicet, ut supra (p. 122 in nota) monui, apparet series bavarici libri capitum 186 usque ad 205 et 179 usque ad 185 in saxonici libri articulis 79—84 et 65—79.

XXXIV.

Absolvitur de poenis tractatus juris communis libri capitibus 204 et 205, ubi statuitur de damnis per animalia datis.

Caput 204. De noxis per canes, feras aut pecora illatis[1]).

Caput 205. De damno illato teneri, qui calcitroso aut indomito vehens equo in via obvios non ut caveant monuerit.

Articuli 65 — 79 argumento conveniunt, ut ex notis huic tabulae subjunctis apparet bavarici libri capitibus 179 — 185.

Articulus 79 a verbis: „*Swer eynis mannis knecht sleit* —", et:

Articuli 80 — 84 usque ad verba: „*an siner tad*", eodem modo conveniunt bavarici libri capitibus 186 — 205.

XXXV.

Post inserta de poenis capita continuantur in bavarico libro notae ad Tancredi judiciarium ordinem, repetitae ex hoc fonte a saxonico scriptore.

---

1) Verbis hujus capitis initio positis „Vrful heizzet ein ber swin etc." inesse explicationem ex margine in continuam libri seriem inverso ordine translatam ad verba „Swez hvnt oder ber oder hirz oder vrful —" prima apparet facie. Omisso hoc additamento convenit loco, in pluribus bavarici libri exemplis omisso, saxonici libri art. 84 verbis: „Swes hunt oder beir etc." Addidit sub capitis finem saxonicus scriptor judici mulctam eo nomine nullam competere; omisit autem, quae de cornibus a domino cervis aliisve cornutis animalibus praesecandis exhibet bavaricus scriptor verbis: „Ist ez ein hirze vnd hat er schedelichui horn etc."

IV. De exsecutione sententiae.

Caput 206. Mulctae exigendae si mobilia bona non sufficiant, aedes debitoris apposito crucis signo sequestrandas esse. Si pignora ob aes alienum capienda vel nulla inveniantur, vel inventa non sufficiant, sequestratas aedes post sextam septimanam distrahendas esse. Si nec inde satisfieri actori possit, alia, si quae habeat debitor, immobilia ejus bona sub hastam mittenda esse. Ne his quidem sufficientibus potiorem esse creditorem judice cui mulctae debentur. Heredibus, quibus insciis impeditisve bona debitoris distracta sint, intra annum et diem earum redemtionem concedendam esse.

Art. 84. *„Swar die richtere sin gewedde nicht uz phanden ne mach —"* [1]).

XXXVI.

V. De appellationibus.

Appellationum remedii causa adversus sententiam iniquam interponendarum usum nemo nescit a patria judiciorum consuetudine alienum fuisse. Appellare autem significabat aut provocare

---

1) Saxonicus scriptor, de exigendis tantum mulctis agens, omisit quae de distrahendis aedibus ob aes alienum deque creditore judici praeferendo bavaricus liber exhibet, addens a heredibus sequestratas aedes redimere volentibus plus triplici mulcta exigendum non esse. Causa cur de aere alieno dicere saxonicus scriptor neglexerit haud alia est, quam quod nesciens hic judiciarii libri de sententiarum executionibus in genere tractans fragmentum exhiberi, caput hoc ad proxime praecedentem locum pertinere ratus est, ubi agebatur de pecuniariis delictorum poenis.

ad judiciariam pugnam adversarium, aut ob praestandam evictionem in judicium vocare auctorem, unde palam fit, cur substitutam appellationibus hic deprehendamus ex nominis potius quam rei similitudine doctrinam de auctore in litem vocando. Pertinent eo bavarici capita 207—209, quorum aliam quam dixi frustra rationem quaereres, cur hic subjuncta appareant.

Caput 207. Contentione orta de adquisito a diversis dominorum personis fundi vel proprietario vel beneficiario jure utraque pars auctorem, die ad hoc constituto, in jus vocet. Ea pars vincat, cujus adversarius destituatur auctore; utrinque si auctor sistatur inter ipsos partium auctores laudatos de rei proprietate certandum esse.

Art. 85. „*Swer claget uph eynen anderen her neme yme sin gut. daz ir ieweder von sunderleken herren yme seget.*"

Caput 207 lit. b. Principes, nobiles et homines aliorum ministeriis addicti quemadmodum vocati auctores fiant.

„*Doch mogen die vorsten geweren eynen man mit eyneme offenem brieve* —."

Caput 208. Si ab ejusdem domini persona unus dominium rei alter beneficiarium jus sibi

„*Sprechent aber se ine daz gut. die da umme zweiet. beyde van eynem manne* —" [1]).

---

1) Saxonicus scriptor, omittens in specie proposita certare unum de proprietate rei, alterum de beneficiario jure ab eodem auctore sibi collato, male intellecta hac aliquantulum subtiliori causa, cujus supra quaestionem exposui, refert: si partes non diversos auctores laudent, sed utraque pars ab ejusdem auctoris persona jus suum repetat, remittendos esse tam actorem quam reum ad nominatum ab ipsis auctorem, adjunctis a judice duobus nuntiis, qui post sex septimanas referant, uter eorum coram illo auctore obtinuerit causam; victum deinceps tam judici quam adversario mulctae nomine condemnandum. En iterum infelicissime hic lapsum saxonicum interpretem. Aut enim laudati auctoris de re litigiosa jurisdictio erat, tunc non audiendus erat actor rem coram alio judice petens, aut is rei sitae judex erat, coram quo lis coepta est, tunc ipsum de re litigiosa sententiam ferre oportebat, non remittere partes ad auctorem judicandi potestate destitutum.

adquisitum dicat, auctoris in jus vocandi partes ejus esse, qui alienatam rei proprietatem adversario concedens beneficiarium tantum jus, priusquam ea alienatio processerit, collatum sibi asserat.

Art. 86. *„Swer eyn gut yme spricht zu lene. unde eyn ander spricht iz si sin eigen etc.“*:

Potiorem haberi, qui duorum judicii assessorum testimonio dominium rei adquisitum sibi probet, prae eo qui beneficiarium in ea re sibi jus asserat [1]).

Commodius vindicantem hereditaria quam adquisita bona coram judice obtinere [2]).

„Erf eygen mut ouch eyn man [supple: *bat*] *behalden, denn* [*eyn ander*] *gekouft eygen oder gegeben.“*

Caput 220. Post annum et diem suum esse auctorem qui possideat.

Art. 86. *„Swelk gut eyn man in siner gewere hat iar ende tach ane rechte weder sprache —.“*

XXXVII.

VI. De in integrum restitutione.

Caput 209 a verbis: *„die wile* [*aber*] *eyn man eyn gůt angeclaget vor gerihte —“*:

1) Haud minus infeliciter, quam in praecedenti articulo non perspecto bavarici loci sensu, hic ingenii lusum exercuit saxonicus scriptor. Epitomator enim contrahens bavarici capitis finalem sententiam de dominii causa superius in synoptica tabula relatam et quae prius de controverso tam dominii quam beneficii jure dicta erant, novam sibi speciem finxit, docens posthabita auctoris nominatione ex solis scabinorum testimoniis judicandum fuisse inter petitorem et eum, qui dominii nullam movens quaestionem beneficii nomine eandem rem sibi assererit.

2) Scilicet quum nullus in illis auctor laudandus sit.

Lite mota nullam procedere rei litigiosae usucapionem.

Art. 86. *„Die wile men aber eyn gut under eynem manne beclagit —."*

Perire autem litem triennio, quo elapso ter provocatus actor causam prosecutus non fuerit, nisi legitime impeditus in integrum restitutionem consequatur.

Art. 87. Rem beneficii titulo ab alio vel usufructus nomine a matre vel proximiori cognata detentam, qui pleni dominii jure sibi vindicet, probare semet septimum debere ejusdem rei pro domino possessionem ad se pertinere.

Caput 210 ad praecedentis capitis verba: *„daz er reht neme ze drin degedingen":*

Reum qui coram judice constitutus fugam arripiat non observata trium citationum solennitate confestim proscribendum esse.

„Swenne men vor gerichte schuldegit in sin antworde. wirt her dingfluchtig [her is in der clage vorwunnen[1]*). Is her beschuldegit um ungerichte] men sol ine virvestin."*

XXXVIII.

Excipiunt notas ad Tancredi opusculum de judiciario ordine in bavarica collectione (capitibus 211—219, ubi explicuisse olim juris communis librum lassbergiani exempli scriba indicavit):

additamenta

nonnulla, ex vetustioris cujusdam exempli margine ad partis hujus calcem conjecta. Referenda videlicet sunt:

---

1) Unde inquam post locum de probationibus in rei vindicatione exigendis interspersa haec observatiuncula, quae prima facie prodit unice ad reum in publico judicio vinculis elapsum pertinere, non ad eum, qui litem contestari praesens in causa civili noluit?

Caput 212 ad capitis 202 verba: *„Swer — korn stilet"*:

De fructibus alieni agri a male fidei possessore restituendis, vel bonae fidei possessori ante litem motam competentibus. Cf. c. 279.

Art. 88. *„Swer werkit eynis anderen mannis lant —"* [1]).

Caput 213 ad ejusdem capitis 202 verba: *„Vf swelher burg man nahtes fůtteret —"*:

De pecoribus ab eo cui jus non est in alieno fundi non pascendis.

„Swer sin veh drift uph eynis anderen mannis corn oder gras."

De pignoris nomine abigendis pecoribus in delicti causa deprehensis.

Art. 89. *„Is daz ve so getan daz iz neman getriben ne mach"* [2]).

Art. 90—92. Varia de vicinorum jure, v. c. de arboribus succidendis, de fenestrarum jure, de sepibus non amovendis etc., hausta maximam partem ex jure municipali saxonico articulis 122—126.

Praecedentis capitis argumento appendicis loco accessit:

Caput 213 de pecoribus communi pastori committendis, de exercendae communis pasturae temporibus, quaeque id genus similia ex locorum consuetudine observanda erant.

Art. 93. *„[Nieman ne sol sin ve ze huz lazen daz deme hirden vulgen mag —]. Nemant ne mut ouch sunderleke hirden haben —."*

Art. 94. *„Belemet eyn ve daz andere —."*

Caput 214 ad capitis praecedentis finalia verba: *„vnde sol dem rihter wetten nach gewonheit"* [3]):

---

1) Inanem ad hunc locum explicationem exhibent verba: „Swer eynis anderen mannis sat umme eret —."

2) Addidit saxonicus scriptor: „Swer sin ve drift uph eyne andere marke —" et „Lazit eyn man sin corn uze stan. alse alle lude ir corn inne hebbet. wirt iz yme gevrezit oder getret. men ne gilt iz yme nicht."

3) Omisit haec praecedentis capitis verba, cui sequentia cohaerent, saxonicus scriptor.

Ubi judex per vicos constitutus sit, custodienda esse quae ille ex majoris rusticorum partis placito praeceperit, nec attendi minorem rusticorum partem contradicere volentem.

Art. 95. *„Swar die burmeister schaffet des dorphes vromen mit willecoren der merren menyen —."*

Caput 215. De aggeribus, ne inundentur agri, communibus vicinorum sumptibus tam faciendis quam reficiendis.

„Swelke dorph bi wazzere legen —."

Caput 216 ad capitis 209 verba: *„der hat ein rehte gewer dar an":*

Non proprietatis domino eive qui nudae tantum proprietatis nomine rei possessor existimetur damna in agris data sarcienda esse, sed ei qui vel pleno dominii jure vel fructuum tantum percipiendorum causa rem teneat.

Art. 96. *„Al si eyn gut menigis mannis. also daz iz eyner von deme anderen habe —."*

Caput 217 ad praecedentis capitis verba: *„daz er mit nvtze in ledeclicher gewer hat":*

Fructus civiles, quorum dies nondum venerit ad heredes pertinere, nisi usufructuario jure tenens heredes reliquerit, ad quos beneficii nomine ejusdem rei successio pertineat.

„Ab die man nichene lehen erben ne hat na sime tode. swer sin erbe is na lantrehte. der sol nemen sin virdienede gut in deme lene" [1]).

---

1) Manifeste hic errat saxonicus scriptor, versionem bavarici libri exhibens, qua scribi nihil poterat insipidius. Finito usufructuario jure ejus, cui successor in beneficio non extitit ad fructuarii heredes futuri temporis nec naturales nec civiles fructus pertinere nemini unquam dubium fuit, sed dubitari poterat, annon in pensionibus post fructuarii demum mortem solvendis temporum ratio habenda sit, quod negat bavaricus scriptor, docens fructus quorum dies nondum venerit integros competere heredibus ad quos proprietatis jure revertatur ususfructus. Verba hoc indicantia „swer das gůt danne erbe" i. e. ad quos pleno dominii jure fundus veniat, perperam saxonicus scriptor intelligenda esse somniatus est de fructuarii defuncti heredibus. Aliter quam

Quo die unusquisque reditus fructuario adquisitus videatur.

„Nu virnemit wann iz virdienet is —."

Caput 218. Naturales fructus adquisitos reputari quam primum humo seges cooperta fuerit.

„Des mannis sat die her mit sineme pluge werkit. die is virdienet. alse die egede da ubirgeit."

Partiarium colonum vel cui pro certa mercede praedium locatum fuerit finita ejus locatione ante Beatae Mariae Virginis purificationis festum ut cedat cogendum non esse. In perpetuis locationibus ad heredes utrinque transire tam fructus a colono percipiendos, quam pensiones fundi domino inde mercedis nomine debitas [1]).

Caput 219. In molendinorum, vectigalium jurisque monetas cudendi locationibus solvendae mercedis diem ex locationis tantum lege dijudicandam esse.

„Gelt von molen und von toln unde von der muntye [unde von wingarden] is virdient swen der tins dach kumt de yme zu geldene bescheiden is" [2]).

Art. 97. Vide notam 1.

Art. 98. Cf. notam ad caput 218.

---

dixi si interpretari velis locum, inutile fuisset notari, quibus diversi reditus diebus pro fructuario adquisitis reputari debeant, quo unice tendunt verba: „Nv vernement wenne ez [lege: „er" i. e. „der nvtz"] sich ergangen habe."

1) Aliquantulum transposito ordine huc pertinet saxonici libri articulus 97: „Wel eyn herre wisen sinen tinsmann von sime gude —."

2) Secundam manum, non auctoris, prodit interjecta hic vinetorum mentio. Bavaricus liber notaverat (c. 217): „an Sante Gallen tage (16. Oct.) ist verdienet der win", quod intelligendum est de vindemiae parte a colono percipienda aut pensione ejus loco solvenda; differri enim ultra S. Galli festum vindemia olim non solebat, quo die ad plenam uvae maturitatem pervenisse credebantur, quod etiam hodie vinitores indicant, proverbialiter dicendo: „uf Galles hat de traub alles." Ipsius autem vineti usufructu finito ex antiqua consuetudine fructuarii heredibus ob culturae laborem vindemia competit ex quo vites quotannis primum religatae sunt (cf. v. c. churcoelnische Rechtsordn. tit. VIII, §. 7: „Wein an den Stoecken, wann er vor dem Fall [i. e. delatae hereditatis aut finiti ususfructus tempore] mit dem ersten Band beschlossen").

XXXIX.

Hucusque primam bavaricam collectionem porrexisse indicant in lassbergiano exemplo librarii verba: „**Hie ist daz lant reht bůch vz.** Nv vernemen alle die. die iemer diz bůch angesehen oder hoeren lesen. Den kvinde ich Cůnradus von Lvicelenheim ein ewangelier daz ich diz bůch geschriben han minem herren herrn Gregorien von Valkenstein. vnd wart angevangen ze vriburg vnde wart vollebraht ze verstetten vf dem huse. mit allen den dingen alse irz hie vor iuch sehent. Diz geschach in deme iare do man zalte von gotes gebvirte zwelf hvndert ahzeg vnd siben iar an sante Bartholomeus abent."

Locum, cujus argumentum retuli in commentationis hujus exordio, integrum hic transscribi curavi, quo magis intelligeretur, cujusmodi scribae in conficiendo hoc codice industria fuerit. Librarium eum, non auctorem fuisse attente lectis quae praecedunt verbis neminem credo inficias iturum; sed operae pretium erit animadvertere, ipsum nobis quodammodo indicare scribam, se non contentum fuisse calamo librum prout sub manus sibi venerat iterum exarando, sed addidisse se nonnulla, quo perfectior appareat. Eo apertissime tendunt verba: „vnde wart vollebraht — m i t a l l e n d e n d i n g e n alse irz hie vor ivch sehent."

Saxonicus auctor in septentrionalis Germaniae usus scribens, ubi „potui humor ex hordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus", de vinetis sane non cogitasset, nisi ob oculos sibi fuisset bavarici libri mentio quam silentio praeterire ausus non est. Sed verae consuetudinis imperitus dupliciter erravit. Primum enim in reditibus ex vinetis, quibuscum pomaria, utpote in patrio ejus solo minus rara, componit, infelicissimo emendandi studio indulgens sancto Gallo substituit sanctum Urbanum, qui vinitorum patronus colitur die 25 Maji, nominis errorem in bavarico libro suspicatus, nec intelligens n o n a p a t r o n i s e d a v i n d e m i a e d i e pendere partiarii coloni praestationes. Deinde haud minus turpiter lapsus altera vice vineta miscet reditibus ex molendinis, vectigalibus monetisque, quorum dies ex sola locationis lege dijudicandus erat, licet nemo dubitabit certam de vinetorum locationibus consuetudinem obtinuisse, ubicunque terrarum:

„mitis in apricis coquitur vindemia saxis."

XL.

Bavaricae collectionis supplementum.

Bavarici libri capita in posterioris ejus partis fronte conspicua (220—247) de rerum pupillarium usufructu, de publicarum viarum latitudine et usu, de pontibus transeundis, de rei commodatae periculo et custodia, de furti manifesti et nec manifesti differentiis, de caelatis rebus furtivis, de plagiariis, de rebus creditis, de bonis raptis, de venationibus et aucupiis, de damnis per fera animalia illatis, de postulando, de excommunicandis proscribendisque reis deque castigandis discipulis, licet maximam partem ad varia delictorum genera pertineant, adeo tamen temere coacervata apparent, ut in fontes inquirens aliquandiu desperaverim, certius aliquid statui posse de ratione, qua singuli secum loci cohaereant. Hoc unum latere non potuit, ad prioris collectionis finale caput pertinere locum de pupillarium rerum usufructu, a quo incipit altera collectio. Mox autem movebar argumenti similitudine, quae intercedit capita de rei commodatae periculo et custodia et notas primae collectionis ad Bajuariorum legis titulum de rebus commodatis et commendatis. Nec fructu caruit curiosius instituta primae collectionis comparatio, siquidem nulla omnino dubitatione relicta tandem constitit mihi post caput 220, capitis 219 argumento connexum, exhiberi nobis (capitibus 221—247) additamentorum syllogen, collectam ex adnotationibus primae collectioni inde a capite 193 in margine cujusdam exempli olim adspersis, quas servato pristino ordine in codicis sui supplementum posterior quidam scriptor convertit. Fluxit inde sequens tam bavarici libri quam saxonicae epitomes ordo.

XLI.

Ad primae bavaricae collectionis caput finale.

Caput 220. De fructibus rei pupillaris, pupillo jam pubere facto vel ipsi competentibus, vel, prout eorum dies venerit, fructuariae tutelae nomine ad beneficii dominum pertinentibus.

Intricatior hic locus, explicandus adhibitis libri de jure feudali

capitibus 46, 49, 51 et 88, quem argumenti ob difficultatem omisit saxonicus scriptor, plerosque librariorum induxit, ut crederent, finito juris communis libro jam hic sequi juris feudalis librum[1]), unde et lassbergiani exempli scriptor, supplens codicem prius a se confectum ex alio quodam exemplo, cui tam juris communis libri altera pars quam juris feudalis liber accesserant, post notam de consummato scriptionis suae labore superius relatam, communem secutus errorem adjecit: „vnde vahet hie an daz bůch von lehen rehte."

XLII.

Notae

bavaricae primae collectionis capitibus a centesimo nonagesimo tertio usque ad ducentesimum decimum nonum in margine olim adspersae.

Ad capita 193 et 194: de vectigalibus et viarum tutela.

Caput 221. Quot latitudinis pedes viae regiae debeant habere.

Art. 98. „*Des kuninges straze sol sin also breit. daz eyn wagen deme anderen rumen moge*"[2]).

Quem alteri obviam factum deflectere aut alterius vestigia prementem subsistere in via publica oporteat.

„*Die ydele wagen sol rumen deme geladenem*"[3]).

In pontibus transeundis potiorem esse qui prior venerit, sicut in pistrinis praeferendus sit prius veniens.

„*Swelk wagen kumt uph de brucge*[4]) *allererst* —."

---

1) Conf. lectionis varietas notata apud Wackernagel p. 178 ad caput 183 nota 1.

2) Plenius hoc loco bavaricus liber: „Des kivniges strazen svln sehzehen schůhe wit sin. daz ist also gesprochen. Div lant straze sol alse breit sin. daz ein wagen etc."

3) Male hoc loco quedlinburgense exemplum exhibet: „Sint sie aber in eyner engen gazzen — oder iaget men eynen —" ubi alia saxonici libri exempla bene emendarunt „unde iaget man" ex bavarici libri verbis: „vnd iaget man einen ritenden man."

4) Rectius in bavarico libro: „an die brvgge."

Ad capitis 200 verba: „Nieman mag eins andren mannes gůt verwirken. der ez in siner gewalt hat":

Caput 222. Jus in re aliena nancisci cujus in potestatem ea res tradatur ex pignoris vel commodati causa.

Posterior quidam scriptor hoc loco adjecit:

Commodato equo qui aliter quam sibi concessum erat utatur, suum facere periculum, nisi et ipsi domino periturus fuisset equus.

Caput 223 ad praecedentis capitis verba: *„vnde er lihet ez ime vmbe svs":*

Conductor equi utrum casum an culpam duntaxat praestet [1]).

Majorem alienis quam propriis rebus custodiendis diligentiam adhibendam esse.

Caput 224 ad capitis 222 verba: *„Lihet ein man ein pferit —":*

Idem jus quod in equis in aliis quoque commodatis pecoribus obtinere.

Ad capitis 223 verba: *„Lihet ein man — ein pherit vmbe lon":*

Cujus sit periculum si de jumentorum usu alternis vicibus sibi concedendo inter dominos convenerit.

Art. 99. Locatis, commodatis vel pignori datis rebus mobilibus, si alienaverit eas accipiens frustra adversus possidentem rei vindicationem intendi, sed agendum esse in accipientis personam, eosve ad quos ejus hereditas pervenerit.

1) Locus in lassbergiano exemplo corruptissimus, emendandus ex lectionis varietate, quam exhibet Wackernagel p. 179 ad hujus editionis caput 185.

Ad capitis 202 verba: „Swer nahtes korn stilet —":

Caput 225. Furtorum alia manifesta, alia nec manifesta esse. Furti autem manifesti reum haberi, qui deprehendatur nondum e conspectu remota re furtiva, nec ullam in furtis manifestis distinctionem faciendam esse, utrum interdiu an nocturno tempore res aliena ablata fuerit.

In eum qui pallium inscio domino ablatum ultra triduum retinuerit furti actionem dari.

Fidem in furti concepti causa actori adhibendam esse, juranti rem furto sibi ablatam esse. Non inventa re, cujus dicatur furtum factum esse, convincendum esse reum septem testium dictis, qui visa referant; sufficere ut ex furti causa diffamatus convincatur actoris jus jurandum adhibitis duobus comitibus praestitum.

Caput 226. Ad praecedentis capitis verba: „vnd ist er belivmedet."

Si furti concepti reus illaesae existimationis homo sit, cujus tamen ope consiliove auctor in litem vocatus rei furtum dicat factum esse, judiciarii certaminis discrimine rem examinandam esse [1]).

Caput 227 ad praecedentis capitis verba: „vnde ist daz er giht daz er sin schvp habe —":

Plagiarios ut alios fures ex furti concepti causa teneri, suspendiique poena affici, quam parvulus egensve fuerit, quem furto abduxerint.

Caput 227 ad praecedentis capitis verba: „Vnde ist daz ein mensche dem andren ratet: daz ez stele —":

Parem culpam incurrere et pari poena afficiendos esse furem furtique auctorem vel adjutorem.

Ad capitis 201 verba: „vnd enphilet ein man sin gůt einem andern man. silber oder golt etc."

Caput 228. De custodia praestanda in vestimentis sartori, ut reficerentur, traditis. De custodiendis rebus depositis.

Caput 229. De custodia praestanda in pignoris aut venditionis causa.

Caput 230. Rebus commodatis majorem quam suis diligentiam adhibendam esse. Conf. c. 223.

Caput 231—235. Quaestiones variae de furtis, latrociniis, bonisque vi ablatis.

Ad capitis 204 de damnis per feras illatis verba: „dem der schade geschicht. wil der. er mag ez toeten", quae referenda sunt

1) Locus in lassbergiano exemplo depravatus, ad quem magnam alii codices lectionum varietatem exhibent. Cf. Wackernagel p. 181 capite 187, in notis congestis ad verba: „so muoz ez got under in scheiden" et „vor gote sint si beide schuldic."

ad praecedentia ejusdem capitis verba: „Swez hunt oder ber oder hirz oder vrful oder ander wilt."

Caput 236. Deum, quum hominem creaverit, potestatem illi dedisse in pisces, aves omnesque feras, eamque ob causam neminem capitis periculum pati.

Art. 100. *„Do Got den menschen geschuph. do gab her yme de gewalt. uber vische unde vogele unde alle wilde thyr."*

Sed principes statutis pecuniariis poenis clausas sibi reservasse silvas, itemque aucupia et venationes. Excipi lupos et ursos, quos capere aut necare communiter permissum sit.

„Doch sint dre stete binnen sassen da den wilden thyren vrede gewarcht is bi kuninges banne. sunder beren und wolven. diz heizit ban forste —."

Sexaginta solidorum mulctam adversus terrae principem incurrere, qui in clausis ejus silvis venationem exerceat.

Silvas venationis causa clausas transeuntes arcum portent remissum, cooperta sit sagittarum pharetra, canes venatici fune alligati ducantur, aut invicem concatenati sint.

„Swer durch den ban vorsten ridit. sin boge unde sin armborst sol ungespannen sin —."

Si canem feram agitantes in alienam silvam transgressi fuerint, nec vocati revertantur, sequi eos licere venatori, cui venandi jus a terrae principe concessum est, ita tamen ut nec cornu det signa, nec voce eos hortetur.

„Jaget eyn man eyn wilt buten deme vorste. unde volgen yme die hunde binnen den vorst —" [1]).

Feram accepto vulnere transgressam in alterius cujusdam silvam,

1) Saxonicus scriptor, statuens extra tres quas nominaverat clausas regias silvas liberam esse venationem partim proposito suo accomodavit bavarici libri locum dicens: „Jaget eyn man — buten deme vorste", partim vero apertissime corrupit ejus sensum verbis: „und ne misse dut da nicht ane. ob her das wilt veht. sinen hunden mut her wol weder ruphen." Quo enim jure caperet venator feras, ubi regia tantum venatio est? Rectius in bavarico libro: „swaz dem wilde danne geschicht von den hunden. da ist der herre vnschuldig an. Feiget aber er — so ist er der bůzze schvldig."

quae vulneri occubuerit priusquam venator supervenerit, ejus esse, ad fundi dominum vero, cui venationis ibi jus est, pertinere, si vivens deprehendatur.

Segetes quo tempore transire venationis causa permissum non sit.

Feras bestias ejus reputari, qui venandi jus habeat ubi vagentur, quamdiu venaticae silvae terminos egressae non fuerint.

Feram bestiam quae vulnerata extra venationis terminos corruat occupantis fieri, postquam persequi eam venator desierit; si capiatur ab alio donec persequatur eam venator, aut vivens aut mortua illi reddatur [1]).

Posterior manus jus romanum (§. 12. J. de rer. div.) respiciens hoc loco adjecit: feram cum alicujus custodiam evaserit et in libertatem naturalem sese receperit desinere ejus esse.

Caput 237. Accipitrem aut ex accipitrum genere avem, sparvarium dictum, aliasve aves post triduum, quo domini eas persequentis custodiam evaserint, capientis fieri. Accipitrem pileo indutum quocunque tempore capiatur, domino restituendum esse [2]).

---

1) Conveniunt huic loco quae Fridericus primus imperator pacis causa statuit in conventu Brixiensi anno 1158 (apud Perz I, p. 108): 24. „Si quis lancea vel gladio feram percusserit et antequam manu levaverit alter occupaverit, non occupantis erit, sed qui occiderit eam sine contradictione obtinebit.“

2) Posterioris cujusdam interpretis notam contineri verbis: „daz reht ist von den vogelen die man in kevien setzet —“ constat inde primum quod supra jam de avibus quae inclusae custodiam evaserint in genere dictum erat, verbis: „oder ander vederspil“, deinde quod vocabulorum „eine mvzze“ et „sich mvzzen“ similitudine deceptus ineptis-

Caput 238. Avium pullos ejus esse cujus in arbore nidum parentes texerint [1]); quamprimum evolaverint capientis fieri. Qui nidos in aliena silva spoliaverit aut manum perdere, aut sexaginta solidis, mulctae nomine, condemnari domino, sc. si furtum factum sit accipitrum ejusdemve pretii avium; caeterarum vero volucrum pullos impune capere licere.

Caput 239. Qua poena afficiendi sint, qui inclusas aut alligatas volucres dominis surripuerint.

Caput 240. Pavones et columbas ex consuetudine evolare et revolare solentes aedium, ad quas redire solent, domini esse, donec revertendi animum habere desierint. Post quartum, quo evolaverint, diem nondum reversos capientis fieri [2]).

Caput 241. Pro fure haberi, qui intra quatriduum captas aves perquirenti domino celet.

Capitis periculum piscationibus, aucupiis et venationibus illicitis neminem incurrere [3]).

Caput 242. Ad domesticas aves, anseres v. c. et gallinas, non pertinere quod de aucupiis supra dictum sit, sed earum captione quocunque tempore fiat, furtum committi.

---

sime scriptor confudit pileum quo cooperiri caput venaticorum accipitrum moris erat, et tempus quo pennas mutant aves.

1) Conf. legis Bajuariorum tit. XXI, §. 11.

2) Jus romanum (§. 15. J. de rer. div.) quo feris pavones et columbae adnumerantur, respici hoc loco vix est ut moneam.

3) praetervidit notae hujus auctor idem jam dictum esse capite 236 verbis: „da von hant die kivnige gesetzet —.“

Avibus custodiam evasis si iterum potiatur dominus, nihil interesse utrum juste interim ab alio capta fuerint.

Caput 243. Cervos aliasve feras bestias quae quis ita mansuetas habeat, ut in silvam ire et redire soleant, eousque ejus intelligi esse, donec animum revertendi habeant. Nam si revertendi animum habere desierint post octo dies, quo reversae non fuerint, occupantium eas fieri [1]).

Caput 244. Si canis mordax, quum custodiretur ab aliquo, aut lupus, aut cervus, aut ursus, damnum alicui dederint noxae deditio cessabit, et actio dabitur in eum qui canem feramve tenebat [2]).

Art. 101. „*Swer halt eynen glumenden hunt. oder eynen [tamen] wolf. oder hirt. oder beren. [oder aphen]. swaz die schaden tud. daz sol er gelden* —" [3]).

---

1) Oculos incurrit expressius definiri hic regulam, quam jure romano comprobatam fuisse refert §. 15 J. de rer. div., ubi nullo statuto temporis spatio dicitur: „Revertendi autem animum videntur desinere habere tunc, cum revertendi consuetudinem deseruerint."

2) Vix dubitandum est, quin respexerit capitis hujus scriptor juris romani sententiam relatam in l. 1, §. 5 et 10 si quadrupes paup., cui altero loco: „In bestiis autem propter naturalem feritatem haec actio locum non habet; et ideo si ursus fugit et sic nocuit, non potest quondam dominus conveniri, quia desinit dominus esse, ubi fera evasit" aperte contradicit scriptor, hanc cur aliter sentiat rationem reddens: „wan ez ist wider reht. der wilt bi livten zam wil machen. daz niemer zan kan werden"; i. e. nam de damno injuria dato tenetur, qui in hominum vicinitate bestias domare conatur, quae propter naturalem earum feritatem mansuetae omnino fieri nequeunt.

3) Verba bavarici libri, quae indicant ob oculos scriptori fuisse Ulpiani sententiam supra allegatam, quam refellere studuit, epitomator hoc loco omisit, quid sibi velint non intelligens, sed ne ipsam, quae illis inest, sententiam intactam reliquisse videretur, sub articuli finem de vivariis ad custodiendas feras bestias extruendis ex ingenio adjicit: „Swer wilde thyr hegen wil buten van vorsten. der sol se binnen sinem beworchten were haben." Quam vero negligenter omnino in scribendo saxonicus

Impune ejusmodi feram occidit, qui ejus morsu impetitur [1]).

Ad capitis 207 verba: „giht man daz gv̊t von einem dienest man. oder von einem andren man. der sol selbe komen. ob in nivt chafte not letzet —":

Caput 245. Ut ipse auctor in litem vocatus judicio sistatur non pertinere ad feminas, quibus ex principum consilio rex postulandi omnem facultatem ademerit, ob Kaefurnae impudentiam, dum Romae coram rege causam egisset [2]).

Art. 102. „*Iz ne mach nichen wiph* —."

epitomator versatus fuerit, ex eo intelligitur, quod subito hic de venationis causa clausis privatorum silvis loquatur, immemor paulo ante a se traditum esse, tres tantum in Saxoniae terris ejusmodi silvas, easque unice regias existere, quod ipsum caeteroquin falsum esse nemo diffitebitur, qui veterum diplomatum res saxonicas spectantium vel aliquam habeat notitiam.

1) Respicit haec sententia citati §. 10 finalia verba: „et ideo etsi eum [sc. ursum] occidi, meum corpus est", paullulum tamen mutata hujus loci sententia.

2) Quis gentium explicet unde in utroque tam bavarico quam saxonico libro locum de damnis per animalia illatis hic subito excipiat caput de feminarum postulationibus, cui nullo sane modo cohaerent, quae sequuntur in bavarico libro de proscriptis, in saxonico de impuberum delictis? nisi forsitan ingeniose magis quam vere conjicias querulantis feminae impetuositati compositam esse canis mordacitatem, de qua in praecedenti loco sermo erat. Disjectae vero, ut prima facie videtur, de feminarum postulationibus notae elegantissime conveniens eruitur locus, revocata ut a me factum est, bavarici libri argumentorum serie capitum 220—247, ad praecedentia capita, quibus illustrandis in margine olim adjecta erant.

Ipsam capitis 245 regulam nemo nescit haustam esse ex Ulpiani loco in l. 1, §. 5 de postulando, quem locum idem forsitan scurra, qui ingenii lusum exercuit capite de judice avaro (90) ad suum exornavit morem, historiolam pingens distinctius quam decentius, inductis coloribus, quos aliquantulum sane fortiores temperavit saxonicus plagiator. Ecce enim integrum hic utrumque locum e regione sibi positum, quorum alterum, saxonicum scilicet, statim nativo suo colore recognosces destitutum apparere.

Art. 103. Vim passae ipsae strepitu facto apud judicem conquerantur. Quibus aliis in causis cum strepitu judex adeundus sit.

„Ez mag dehein wip vormvnt noch fivrspreche gesin. noch ane vormvnt clagen. — Daz verlor in allen ein edeliv Romerin. div hiez Kaefurna. div vor dem Riche zu Rome also missebarte. vnde in so grozzen zorn kam. daz si den kivnig beschalt. do ir wille nivt fivr sich gie. vnd den kivnig die hinder schamme lie sehen. Do nam der kivnig die gewonheit abe. mit der fivrsten rate. ze einem hove. vnd mit wiser meister lere. daz kein frovwe niemer me fivrspreche sol gesin. vnde niemer vor gerihte ane ir vormvnt sol geclagen."

„Iz ne mach nichen wiph vorspreche sin. noch ane vormunde clagen. — Daz virlos on allen vir [lege: an allen yn] Calefurnia. de vor deme riche missebarde vor zorne. do ir wille an vorsprekene nicht ne muste vortgan."

Quam Cajam Affraniam nominavit Valerius Maximus (VIII, 3), Carfaniam Ulpianus, eam paullulum modo mutata Ulpiani forma bavaricus auctor Kaefurnam scripsit, ulterius a saxonico scriptore in Calefurniam corrupto nomine. Verba autem: „do ir wille niht fivr sich gie", i. e. quum eorum precibus delatum non fuerit, vix bene videtur intellexisse saxonicus scriptor, vertens: minus verecundam se exhibuisse Calefurniam, iratam quod advocato carens causa ceciderit aut forsitan, sicut verborum ambiguitas similiter admittit: in Calefurniae causa ademtam feminis postulandi facultatem tantam illi bilem movisse, ut minus se verecundam coram imperii judicibus monstraverit, indignata ob advocati absentiam precibus suis audientiam denegatam esse. Orta bavarici scholiastae fabula est ex ipsius Ulpiani verbis: „ratio prohibendi est ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant" et sequenti loco: „Origo vero introducta est a Carfania improbissima femina, quae inverecunde postulans — causam edicto dedit", ubi dicta de sexus pudicitia et inverecunda feminae postulatione nimis proprie bavarici loci scriptor accepit. Ipsius autem bavarici loci notitiam aut aliam saxonicae epitomes lectionem ob oculos videtur habuisse latinus saxonici speculi interpres, scribens: „Haec omnia eis perdidit Calphurnia, quae sexus verecundiam coram rege ex ira ostendit."

Ad capitis 210 verba: „wan sol in zehant verehten":

Caput 246. Excommunicatum post sextam hebdomaden proscribendum, proscriptum ab ecclesiastico judice excommunicandum esse, eoque vinculo reum, si emendetur, prius eximendum esse, quo prior constrictus erat, nec restitutionem proscripto concedendam esse, priusquam satisfecerit damnum passo [1]).

Ad caput 219. „Gelt von mivlinen. vnd von zollen. vnd von mvnzen. vnd von andren dingen. ist verdienet. swelen tag der man bescheidet."

Caput 247. Puer puellave erudiendi causa traditi magistro, constituta in integrum biennium mercede, si vita prius fungantur, habita temporis ratione restituendam esse solutae mercedis partem, ita tamen, ut plus restituatur, si vixdum coepta institutio interrupta fuerit, quia institutionis primordia magistris soleant difficiliora esse. Ubi discipulum, ut immodicis castigationibus eriperetur, receperint parentes, in-

---

Operae vix pretium erit hic monere quam sit futilis opinio existimantium vetustatis auctoritatem prae suevico libro tribuendam esse saxonico speculo, quod patrium jus exhibeat nondum juris romani regulis mixtum; quis enim non ipse sibi dicat, maximam partem deleta potius videri a saxonico scriptore vestigia juris romani in bavarico libro obvia, exceptis, quae vel peregrinam suam originem, ut capitis 244 sententia, minus aperte ostenderent, vel ob ipsius rei fatuitatem, ut noster locus, epitomatori in deliciis erant.

1) Disjecta haec additio ad locum supra allegatum debetur treugae, quam dicunt, anni 1230 art. 22: „Quemcunque episcopus excommunicaverit, et eum imperatori vel regi per literas suas vel viva voce excommunicatum denunciaverit, illum et imperator et rex proscribent, et ab ea proscriptione non, nisi prius parti laesae satisfecerit, absolvetur."

tegram condicendam esse mercedem, cujus jacturam magister ob castigationum nimiam acerbitatem poenae nomine patiatur. Si vero justam non habens causam discipulus fugerit, mercedem nihilominus integram magistri esse, sed ita, ut reversus discipulus erudiatur nulla absentiae habita ratione, donec elapsum fuerit reliquum institutionis de quo convenerat tempus.

Explicationis causa adscripta propositae quaestioni interpretis cujusdam subnotatio de modo in discipulorum castigationibus servando male in concinnando libro genuino hujus capitis argumento nunc praemissa legitur verbis: *„Sleht ein man ein kint mit der hant oder mit der růte. oder rovffet er ez durch sine missetat. er belibet ez ane wandel. Sprichet man in an er habe ez ze gerde geslagen. dez sol er sich zen heiligen entreden. daz her dez vnschuldig si. machet er ez zer nasen blůtrvnsig. ane geverde. vnde beredet daz zen heiligen. er belibet ez ane wandel."* Inceperat procul dubio olim locus: *„Ist daz ein man ein kint hin lat gan durch lerunge etc."*, ubi nunc ut praemissae ex errore explicationi connecteretur genuina loci sententia inserta legitur particula *„vnde"*, omisso verbo *„ist"*, quod sensus plane desiderat.

Saxonicus scriptor, deceptus supposititio hujus capitis principio, et ratus subesse sibi locum ubi de infantium malefactis coercendis

potissimum ageretur, omissa quaestione de magistri mercede, supplere conatus est bavaricum exemplum, additis quae ex articulo integre a latere hic subjungendo apparebunt.

Art. 104. *„Nichen kint mach binnen sinen iaren nicht dhun. daz iz sinen liph mede virwerke*[1]*). Sleit iz eynen man oder belemt iz ine. sin vormunde sol iz buzen und bezzeren mit ienis wergelde. ob ez uph ine vulbracht wirt. swelken schaden iz dut den sol her gelden nach sime werde*[2]*).*

Sleit aber eyn man eyn kint dot her sol sin vulle wergelt geben.

Schilt aber eyn man eyn kint oder rouft her iz. oder sleit her iz mit besmen durch sine missedat. her blibit des ane wandel. darn her iz geweren uphen heiligen. daz her iz durch an-

1) Plenius ea de re bavaricus scriptor tractavit capitibus 177 et 178, quorum prius male omisit saxonicus epitomator. Conf. art. 65 (Gaertner p. 206).

2) Incuriosius reticet hic scriptor, utrum ipse tutor teneatur ex pupilli delictis, an pupillarium tantum bonorum nomine in eum actio detur. Supplevit eam lacunam latinus speculi saxonici interpres verbis: „Occidatur vero aut mutiletur quis a puero, tutor illud ex substantia pueri secundum werigeldi modum resarcire tenetur, quod et de damnis aliis a pueris illatis est intelligendum, si jure comprobata fuerint", sive respiciens bavarici libri caput supra allegatum (177), ubi de impubere infantia majore statuitur: „hat im der vater gůt vz gegeben. da sol man von bv̊zzen dem clager vnd dem rihter", sive quia id ipsi magis ita placuit; quod alterum credere malim, quum distinctionis factae a bavarico scriptore inter infantes et infantia majores nullum hic vestigium appareat.

deris nicht geslagen habe. wente durch sine missedat" [1]).

XLIII.

Major continuatae bavaricae collectionis pars, ut praefatus sum, orta est ex notis ad tertium Ansegisi librum, quo Caroli magni de jure profano constitutiones continentur.

Non integrum vero Ansegisi tertium librum complectuntur notae in continuatam bavaricam collectionem translatae, sed capita duntaxat sedecim priora, hausta ex Caroli magni constitutionibus ad Teodonis villam anno DCCCV communiter propositis clero et universo populo [2]) nec dubitarem bavarici libri argumenta ad hunc potius fontem quam ad Ansegisi collectionem revocanda esse, nisi pauca quaedam inter ipsas Caroli magni constitutiones occurrant, quae praeteriit Ansegisus, quaeque in bavarico etiam libro intacta relinquuntur [3]).

Ad Caroli magni imperatoris constitutiones

clero et universo populo propositas apud Theodonis villam anno DCCCV

relatas ab Asegiso

libri tertii capitibus 1—16.

Caput 1. **De place servanda.**

Caput 2. **De justitiis generalibus** [4]).

Caput 248. De pace sub   Art. 105. *„Nu vernemet den*

1) Bavarici loci principio conveniunt verba minus presse superius typis exscripta.

2) Perz leges T. I, p. 132.

3) Pertinent eo caput 4 de precibus ob publicas calamitates instituendis et capita 14—17, quorum argumenta inprimis clerum spectantia Ansegisus retulit in libri I capita 113—115.

4) „De justitiis ecclesiarum Dei, viduarum orphanorum et pupillorum praecipimus, ut in publicis judiciis non despiciantur clamantes, sed diligenter audiantur."

jurisjurandi fide regi promittenda [1]).

alde vrede den die keiserlike walt gestedegit hat [deme lande zu Sassen] mit der guden knechte willecore von deme lande" [2]).

Pace omni die fruantur clericorum, mulierum, orphanorum et Judaeorum personae.

Similiter perpetua pace tueantur ecclesiae, cimeteria, rusticorum villae intra suas sepes, moletrinae, et quicunque via regia aut publica utatur [3]).

„Alle tage unde allezit sollen vrede haben paphen unde geistliche lude —."

1. Superius nominatas personas idcirco perpetua pace securas esse, quod armorum usu careant.

2. Qui in ecclesia crimen committat, ecclesiae pace securum non reddi, sed inde removendum, et, prout meruit, poena afficiendum esse.

3. Qui in ecclesia surripiat quod tres valeat denarios crine et cute poenas luere, si res furtiva solidum valeat, suspendii poena afficiendum esse.

Caput 249. Triplicem pati poenam, qui in ecclesia delinquat;

---

1) Conferri hic merentur constitutiones pacis, Moguntina annorum 1083, 1085 (Perz II, 57) et regis Henrici, anni 1230 (l. cit. p. 267).

2) Bavaricus liber usitatis comitiorum formis convenientius: „mit williger kvr. in allen den landen. der fivrsten vnd der meister. vnd ander wise livte. die in deme lande warn."

3) Treuga anni 1230: „I. Clerici, mulieres, moniales, agricolae, mercatores, itineratores, piscatores, Judei, omni die et omni tempore firmam pacem habebunt in personis et in rebus. II. Ecclesiae, cimeteria, aratra, molendina, villae infra sepes suas eandem pacem habebunt. Stratae omnes tum in terra tum in aqua eandem pacem habebunt, quam antiquitus habuerunt."

condemnari enim ecclesiastico judici, laicorum judici et adversario, quem injuria affecit. Eodem loco cimeteria haberi [1]).

Moletrinas prae aliis aedibus singulari pacis lege defensas esse. Qui frumenti farinaeve ibi furtum faciat crine et cute puniri, si quatuor denariis aestimetur res furtiva. Patibulo affigi qui auferat, quantum quatuor solidis aestimetur. Id tamen non pertinere ad aliarum rerum furta in moletrinis facta.

Caput 3. **De justitiis regalibus.**

Caput 250. Quatuor cujusvis hebdomadis dies cur prae caeteris sancti habeantur.

Art. 105. „[*Heilige tage unde bundene zit sin allen luden zu vrede gesatzt.*] *dazu in iewelcher wochen vier tage. die donnertac unde fridach. sunafunt unde suntach.*"

Dominicam diem supremi quoque judicii diem futuram esse, cujus meminerint judices, ita sententias dicturi, ut laetam suprema die ipsi sententiam ferant [2]).

„*Der suntach was die erste tach der y gewart. unde wirt ouch die leste* —."

1) Bertholdum sapit hic locus, de triplici poenitentia plus semel monentem, v. c. (Goebel I, p. 82): „Also sollst du dem allmaechtigen Gott buessen nach gnade und deinem naechsten nach recht; und du musst dreierlei busse nach recht thun. So sollst du deinem naechsten gaenzlich buessen, und sollst ihm schnell buessen, und sollst ihm gaenzlich und froehlich buessen."

2) Quis totum locum perpendens non statim sentiat subesse hic quoque ecclesiastici cujusdam sermonis lacinias, vix alii quam Bertholdo tribuendas? Ad locum de administranda regia justitia maxime referenda sunt verba: „Alse wir erst svln erstan. mit libe vnde mit sele. vnde die reht in dirre welt gelebet hant. die varent mit libe vnd

Quatuor istos dies statutos esse, quibus cujusvis conditionis homines pace fruantur, exceptis qui crimina hisce diebus perpetrare audeant, nam in ejusmodi malefactores ipso quo deliquerint die a judice animadvertendum esse. Similiter proscriptis nullas ob diem feriatum inducias concedi.

„Da umme sin disse vier taghe gemeyne vrede tage allen luden. ane den. die mit der hanthaften tad gevangen werden. oder in des riches achte sin. [*oder vervestid in deme gerichte*].

Caput 4. **De armis non portandis.**

Caput 251. Reus plus triginta amicis in judicium veniens stipatus non sit. Qui armatus eum comitetur quinque libris

Art. 106. *„Swer* [*um ungerichte*] *beclaget wirt. die ne mut nicht mer wan drizich man vuren vor gerichte. swen*

---

mit sele ze himele. vnde sitzent zů der zeẉen vnsers herren. vnd die wider got gelebet hant. die varent mit dem divvel in die helle in daz ewige fivr. vnde brinnent da iemer vnde iemer ane ende. Da gedenkent an edelen rihter. vnd rihtent also. daz ir gotes gerihte an dem ivngesten tage vro sint."

Saxonicus scriptor in reddendis causis, cur quatuor cujusvis hebdomadis dies prae caeteris sancti habeantur bavaricum quidem exemplum expressit, sed ita contractum, ut sermonis vigor naturalis maximeque sententiae et orationis figurae Bertholdo ratisponensi familiares omnino disparuerint; v. c. in bavarici libri verbis: „dez dunrestages fůrte got die menschheit zu himele. vnd offent vns den weg dahin. der uns lange vor beschlozzen was. vnd fůrte mit im menge sele die da vor zehelle warn gewesen", quae statim in mentem revocant prooemii verba hausta ex Bertholdo: „Daz wir nv so wol zeden ewigen vrovden choemen etc." Saxonicus scriptor dicendi usus genere suo exili, arido, consiso atque minuto hic offert tantum: „Des donnertages vurde Got unse menschheit ze hymele unde ophende uns den wech da hen. der uns da vore beschlozzen was." Denique suppressa omnino est judicum admonitio, ut supremi memores sint judicii, quae tamen sola ansam dedit sub titulo de administranda regia jurisdictione inserendi locum aperte ex ecclesiastico quodam sermone conquisitum.

multae nomine judici condemnari [1]).

her vore kumt. Die ne sollen nich einir hande waphen vuren oder tragen [*sunder swert*].

Inseruit hoc loco posterior quaedam manus bavarici libri locum de equo peregrinantis fesso, pabulationis causa in agrum immisso (c. 202), quem a primo saxonico scriptore supra ostendi adeo depravatum esse, ut poterat pro ommisso haberi.

Caput 252. Ex errore inserta est sequens nota ante caput 253, cujus ad verba pertinet (lit. b): „*Unde iaget man einen fridebrecher oder einen echter* —."

Si pacis violator proscriptusve, quum in vincula conjicere eum volenti resisteret, interfectus ab eo vulneratusve sit, nec judici nec interfecti propinquis eum qui hoc fecerit, poenae nomine teneri; sed in judicium adducendum esse aut interfecti corpus, aut vulneratum, qui illaesum se capi passus non est, ut de ejus crimine statuatur quod justum reperietur.

Art. 107. „*Swer dodet oder wundet eynen vredebrechere. her blibit iz sunder wandel. ob her daz selbe sebende gezugen mach. daz her ine wundede an der vlucht oder in der tad. da her den vrede breche.*"

Inepte hic repetiit quidam librarius ex articulo 70: „*Men ne sol nemanne wisen von sime gude. daz her in geweren hat. yme werde die gewere mit rechte abe gewunnen*" [2]).

---

1) Friderici primi imperatoris constitutio de pace non violanda anni 1156 art. 15: „Ad palatium comitis nullus miles ducat arma nisi rogatus a comite" (Perz II, p. 103).

2) Verba proxime sequentia: „Swer den vrede bricht. daz sol men richten alse da vore gesagit is", orta sunt ex bavarici loci verbis (sub cap. 252 finem): „vnde sol der rihter vber in (pacis violatorem vel proscriptum) rihten nach siner schulde." Sed saxonicus scriptor ad prius exposita remittens immemor erat, antea quidem de

Caput 253. Armatum incedere evocatum ut judici opem ferat nefas non esse [1]).

Art. 107. *„Binnen gesworeme vrede ne sol men nicheine waphene vuren. dan zu des riches dienste. unde zu zurneie* [2]). *sunder swert.*

Alle die anders waphene vuret. uber die sol men richten. went se in des riches achte sin. ab se da mete gevangen werden [3]).

Swert ne mut men ouch nicht tragen binnen dorphen. alle die da binnen wonen oder herberge hebben" [4]).

Caput 5. De armatura in hostem habenda.

Caput 253 a verbis: *„der rihter mag wol gebieten":*

Quicunque de tuenda pace juraverit, ob communem ne-

---

pace tenenda dictum, de poenis autem violatae pacis nihil hucusque statutum esse. Praetermissa enim in saxonico libro sunt, quae de furtis aliisque delictis commissis in ecclesia, cimeterio vel moletrinis bavaricus liber exhibet capitibus 248 et 249.

1) „Gewefene mag man wol fivren. swenne man durch gerihtes not varn sol." Forsan expectaveris dixisse scriptorem: „armatus incedat", non „armatum incedere licet", cui imperatum est, ut judici opitularetur. Sed respice Ansegisi caput hic illustratum, cujus initio legitur: „De armis infra patriam non portandis, id est scutis et lanceis et loricis." Apposite itaque notavit scriptor non pertinere hanc legis prohibitionem ad evocatos ad tuendam justitiam et pacem internam.

2) Lips. Cod.: „zcu torneyen."

3) Id est: coram imperio proscriptorum instar habendos puniendosque esse, qui aliter quam dictum est, armis instructi deprehendantur.

4) Commentarii ad Ansegisum, id ipsum nesciens, commentatorem hic agit saxonicus scriptor.

cessitatem evocatus pareat ei, cujus jurisdictio est, intra imperii ejus fines.

Quin et evocare licere unumquemque puberis aetatis hominem, qui gladio uti possit, nisi legitime excusatus fuerit.

„Waphen mut men wol vuren. swenne men deme geruchte volget. deme sollen durch rechte volgen alle die zu iren iaren comen sin. alse verre daz se swert vuren mugen. iz ne neme ine echte not —."

Immunes eo obsequio esse clericos, mulieres, aedituos, communes vicorum pastores et Judaeos, sed ita ut vel alios suo loco mittant, vel pecunias praestent.

„Sunder paphen unde wiph. und kerkenere. unde herden"[1].

Ecclesiasticos principes militaria obsequia debere, adjuvandos eorum de quibus dictum est subsidiis.

Ad praecedentia verba: *„si svln aber ir helfe dar zů tůn — mit gůte."*

Ad obsidendas arces evocati per triduum annonam propriis sumtibus sibi procurent.

„Ob se volget vor eyn hûs. dri tage sollen se da bliben. iowelk mit sines selbes spise"[2].

Qui jurisdictioni praeest si quem malefactorem invenerit, intra arcis

---

1) Judaeos et quae de subsidiis pecunia aut per vicarios praestandis adjiciuntur omisit saxonicus auctor.

2) Imperfectum loci hujus sensum reddidit saxonicus scriptor, ommittens, quae de obsidionis post triduum sumptibus ab aedium domino sustinendis in bavarico libro subjiciuntur, ut falso possis credere ultra triduum auxilia omnino judici praestanda non fuisse; idque eo magis, quod inserta hoc loco saxonici scriptoris additione disquiritur, quousque evocatos sequi fugitivum oporteat, verbis: „die wile iene vore geit die daz geruchte geschriet hat. is aber die gewunt. daz her nicht volgen ne mach. so solen die lute volgen bi plicht. die wile se ienen sen. die den vrede gebrochen hat."

civitatisque munitiones receptum, primo, altero tertioque quo advenerit die ut exhibeatur requirat, quo non facto obsidionis sumtus ejus sint, cujus est arx vel civitas.

Caveat tamen judex ne injustis vexet obsidionibus.

Lit. b. Ad capiendum pacis violatorem proscriptumve quicunque ejus fugam conspexerint aut strepitum de ea factum audierint, accurrant. Comprehensum judici exhibeant.

„Die wile iene voregeit. die daz geruchte geschriet hat —.“

Profugus si intra arcis oppidive munitiones se receperit, jurisdictionis potestate reclametur; si judicis eum repetentis jussu non obtemperetur, obsidione cingatur locus, donec malefactor exhibitus fuerit.

Si evasus extra jurisdictionis fines receptaculum invenerit, reclamet judex eum, traditumque judicio submittat.

„— ob her san in eyn ander gerichte vlud.“

Pergit hic post verba superius relata saxonicus scriptor, uberius ea de re disserendo: *„Mogen se ine da vahen upphe deme velde. da daz volk von deme lande nicht ne come. se vuren ine weder. vlut aber her zu dorphe. oder zu steden. oder zu burgen in eyn ander gerichte. men sol daz geruchte vernyen. unde laden dazu den burmeister unde die bure. und die guden knechte die men zu der zit haben mach. unde eschen ienen uz zu rechteme gerichte. den sol men ine antworden. ob her in der hanthaften tad bestedegit is. deste he daz gezugen*

mugen mit seben mannen. daz se yme gevolget haben in der hanthaften tad. von yrme gerichte wente da. so sollen se burgen setzen vor des mannes wergelt. ob se nicht rechte uber ine richten. so vuren se ine weder unde dun da recht mede."

Receptum intra munitiones malefactorem tam alta voce judex reclamare faciat, ut jussus ad omnium aures perveniat, quicunque, vel extra vel intus commorantur.

Art. 108. *„Up swelkeme hus men den vredebrechere halt weder recht —"* [1]).

Si foras non mittatur profugus, proscribatur arx vel civitas; post sextam deinceps hebdomaden altero die quicunque tenent eum locum proscriptioni similiter subjiciantur, juri autem intra sex hebdomades si stare noluerint, altera die admoveatur munitionibus obsidio, ut dictum est, et expugnato loco diruatur arx, expugnato oppido prosternantur muri, terrae exaequentur fossae, si locus nullis ejusmodi praesidiis cinctus fuerit, uniuscusque incolae aedes diruantur, nec ejus qui jurisdictioni praeest domui parcatur, si culpae socius fuerit, quin et demoliantur aedes clericorum, quorum ope consiliove suscepta est loci defensio.

Cujus aedibus bona rapta dicantur illata esse, quum raptores inde constet profectos esse, semet-

„Schuldeget men daz huz umme den roub. daz he da abe. unde da upphe geschen si. daz

1) Contradicens (articulo 109) his quae de expugnandis munitionibus, aedibusque diruendis ex nota medii aevi consuetudine bavaricus liber habet, saxonicus scriptor notat: abstinendum esse de aedium proscriptione, si intromittantur sex judicis nuntii et actor, ut reum resque furtivas perquirant.

tertius ut dicitur jurejurando se innocentem profiteatur.

mut wol entschuldegen des huses herre [oder eyn sin burgere] uphen heiligen."

„*Swer selbe zu deme ungerichte beclaget wirt. der ne mach daz hus nicht untschuldegen. her ne habe sich selber allererst untschuldeget.*"

Jurare volenti non deferatur, quum de latronibus ad ejus domum reducibus ex eorum, qui vestigia persecuti sint, testimoniis constiterit.

Bona ablata judex ejusve nuntius repetat. Nisi restituantur proscribantur tam aedes, quam aedium dominus, omnesque qui incolant eas, judicio, sicut de proscriptis dictum est, subjiciendi.

Innocentiam armorum periculo defensurus aedium dominus, quemcunque velit testimonium contra se dicere paratum ad judiciarium certamen provocet, exceptis, quibus dignitate inferior est, quorum testimoniis omnimodo fides adhibetur.

„*Wel men aber daz hus virreden mit kamphe. daz mut untrichten sin herre oder sin burgere weder sinen genoth. oder men virvestit iz unde richtet da uber*" [1]).

Caput 254. Ad praecedentis capitis verba: „*ist daz man ein hus schuldeget. da si rovp vf gefveret*":

---

1) Ex proposita bavarici libri specie, quae incipit a verbis: „vnde ist daz man ein hus schuldeget", finalem sententiam, praemissis optime cohaerentem, nemo non intelligit, arbitrarie hic a saxonico scriptore in contrarium sensum perversam exhiberi. Unius enim tenoris in bavarico scripto sunt: „hat man aber dem rovbe nach gevolget vntz vf daz hus. daz ez also si. die legent dez wirtes gezvich hin" et „wil aber der burg herre sin hus erweren mit kamphe. so sol er der einem die hant abe ziehen. die da sweren wellen."

Si virgo vel mulier vim passa cujusdam in aedes munitas abrepta, vel postquam rapta erat violenter ibi stuprata fuerit, nec clamitans defensores invenerit aut defendi potuerit, actorque adhibitis duobus testibus, qui ipsi plangentem feminam audierint de raptorum personis, deque aedibus, intra quas cum praeda se receperint, certiores reddiderit judices, gladii poenam rei patiantur.

Interficiantur animalia quaecunque, jumenta et armenta, canes, feles, gallinae, anseres, anates, sues, homines, juvenes, senes, quodcunque demum vivens intus deprehensum fuerit [3]).

Art. 109 [1]). „[*Umme nicheynir hande ungerichte sol men uphouwen dorph. buw.*] [2]) *iz ne si daz da maget oder wiph inne genodeget si.*"

„*Al lebende dinc. daz in der notnumft was. daz sol men unthoubeden*" [4]).

---

1) Dissecans argumentum propositum saxonici libri recognitor tertium hoc loco speculi librum incepit.

2) Quae de aedibus non diruendis saxonicus scriptor infert, aperte scripta sunt, ut contradiceretur bavarici libri loco, quem supra retuli, quemque ibi non inconsulto apparet omissum esse, licet de vera medii aevi ista consuetudine cum alioquin tum maxime ex eo constet, quod Henrici regis treuga anni 1230 (art. 13) docemur, non incolas tantum sed et ipsas aedes proscribendas, id est extra pacis leges in contumaciae causis ponendas fuisse. Nec quae alibi (capite 144) in bavarico libro de expugnandis diruendisque aedibus occurrunt supplementi ad saxonicum librum concinnator sua inde facere dedignatus est (art. 157 verbis: „die richtere sol zu deme ersten mit eyneme bile dri slege slan").

3) Facile intellegitur calamum hoc loco exercuisse insipidum quendam scribam, execrationes forsan ex veteri quadam proscriptionis formula appingendo.

4) Parum in emendando felix hic deprehenditur saxonicus scriptor, bavaricum locum, qui potius argumenti ob fatuitatem rejiciendus fuisset, corrigens, adjiciendo: „daz in der notnumft was"; quem enim nisi plane absurdissimum scriptorem non offendisset retentis bavarici libri verbis „quodcunque animal vivens (all lebende dinc)" appellari virginum raptores eorumque adjutores.

Si virginem fuisse raptam actor semettertius ut dicitur juraverit, vivus sepeliatur stuprator, capite tantum plectendus, si mulieri vim intulisse convictus fuerit [1]). Aedes autem diruantur ubi perpetrata vis esse probabitur.

Deprehensus raptor, injussu etiam judicis in vincula conjiciatur, exhibendus judici, ut condemnetur. Si resistere ausus fuerit, idem quod in proscriptis jus obtinere.

„Alle die deme geruchte volgen. halden se uph den vredebrekere. dennoch her nicht virwunnen wirt. si ne sollen da nicheyne not umme liden. deste si ene vor gerichte bringen."

Caput 6. **De negotiatoribus quoadusque procedant.**

„De negotiatoribus qui partibus Sclavorum et Avarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant — et ut arma et brunias non ducant ad venundandum. Quod si inventi fuerint portantes, omnis substantia eorum auferatur ab eis etc."

Negotiatoribus comparantur in bavarico libro Judaei, rerum venalium commercia eo aevo exercere potissimum soliti, clericique devotionis causa ad visitanda loca sacra peregrinantes. Utrisque notatur armatis incedere permissum non esse; quod observasse non contentus alia insuper nonnulla ad clericos, Judaeosque pertinentia, scurrilia partim, adjicere Ansegisi commentator calamum non abstinuit.

Caput 255. Clerici, non prout decet tonsi, item Judaei, qui ex lege sua circumcisi non sint, injuriam passi nullo singulari pacis privilegio muniti habeantur.

Art. 110. *„Paphen oder Juden de waffen vurent. unde nicht geschoren ne sint nach yrme rechte. dut men ine gewalt. men sol ine bezzeren alse eynen leyen. [went se sollen*

---

1) Ex imperii legibus gladii tantum poenam infligendam fuisse, nullo facto inter virginem mulieremque discrimine, ex Henrici regis treuga anni 1230 (Art. 6. „Raptus sive oppressio virginis per capitis decollationem punietur") bene notavit Lassberg, remittens ad statuta augustana, collecta inde ab anno 1276, quae probant differentiam in bavarico libro obviam nisi ex ipsis hisce statutis, ex alio tamen quodam jure municipali fluxisse.

Eodem eos quo reliqui omnes jure haberi, si armati incedant. Nec pacis privilegio tutos esse, lupanaria, cauponas aliave diverticula publica intrantes, nullumque excommunicationis periculum incurrere, qui in clericum ibi degentem deliquerit.

nicheyne waphene vuren. die mit des kuniges tagelekes vrede begripphen sin]."

Caput 7. **De causidicis et clamatoribus.**

„De clamatoribus vel causidicis, qui nec judicium scabineorum adquiescere nec blasphemare volunt, antiqua consuetudo servetur, id est ut in custodia recludantur —."

Ad Ansegisi verba, quae distinctius hic typis exprimenda curavi, pertinent verba capitis 257: „ist ein mensche also vnsinnig. daz ez tobet. wen sol ez insliezzen vnde sol ez binden —." Prior capitis hujus particula ex argumenti similitudine prodiit, quae eam intercedit et sive caput 256, sive ea, quae de furiosis subjecta nunc leguntur.

Caput 256. Ad capitis 254 verba: *„vnde allez. daz lebende drinne ist. daz sol man alles toeten."*

Capitis tamen poenae praegnantem mulierem subjiciendam non esse, donec enixa fuerit; nec castigationibus afficiendam, quae abortum possint procurare, ne innocens nascituri anima pessum detur [1]).

„Men ne sol uber nichen wiph richten. die lebendig kint treit. hoer den zu hut unde zu hare."

---

1) Quis legens: „wan da wurde ein schoeniv sele verlorn und ein lip. da were der richter schuldig an der frouwen", non statim subaudiat Bertholdum (Goebel I, p. 34): „Wie das kind in der Mutter Leib lebendig wirt, so giesst ihm der Engel die Seele ein —. Wie das kind in der Mutter Leib lebendig wird — so ist der Teufel sogleich da mit seinem hinterhalt (i. e. seinem Anhang), wie er es wende, dass es nicht lebend in die welt komme. Sie fuegen, dass der mann zornig wirt und die hausfrau schlaget, so lange bis das kindlein

Caput 257. Ad praecedentis capitis verba: *„Wen sol veber dehein wip rihten"*:

Nec in furiosos aut mente captos criminali sententia aliquid statuendum, sed in tutorem damni ab eis illati nomine actionem dandam esse, si bona habeant, unde laeso satisfieri possit, nec hisce deficientibus quenquam ex eorum factis teneri.

Furiosos includendos vinculisque constringendos esse a propinquis aut ex judicis auctoritate; alimenta illis a proximiori cognato aut, si opus sit, de pecunia publica subministrandos esse.

„Uber rechte toren unde sinnelose lute ne sol men ouch nicht richten. sweme se aber schadet ir vormunder sol iz gelten" [1]).

Caput 8. **De juramento.**

Prohibuit Carolus imperator, ne ulli juretur quam sibi, aut suae utilitatis causa his, qui aliis praesunt; sed excepit juramenta, quae in privatorum causis „secundum legem alteri ab altero debentur."

Inter ejusmodi juramenta bavarici libri capite 258 refertur jusjurandum praestandum ab eo, qui rem commodatam sibi, aut pignori datam, nulla interveniente culpa perditam esse dicat.

Saxonicus autem scriptor, quum in locum de rebus vel creditis vel alia ex causa traditis inciderit, pleno hic sacco effudit, quaecunque sibi de rebus vel vindicandis vel ex crediti causa repetendis in promptu erant, ut ob additamentorum varietatem,

---

sein leben verliert. — Sie sturren die frauen, dass sie mit irgend wem ringen oder springen —; sie reizen auf gar manche weise, dass sie es dazu bringen, dass ihr schuldig werdet an euern kindern — und dass des kindes seele immer des himmelreichs beraubt sei.

1) Incertus ex nimia loci brevitate haesit perpetuae commentationis auctor, utrum de furiosi bonis haec verba accipienda essent (collato libri II, articulo 62), an ad tutoris personam, ob neglectam ab eo furiosi custodiam, referri deberent.

quae in tractandis rebus ratio obtinuerit, nisi adhibito bavarico exemplo ad Ansegisum collato, deprehendi omnino nequeat.

Art. 110 verbis: *„Swer weder eschet. daz her virgeben oder virkouft hat":*

Rem ex venditionis aut commodati causa traditam si dissimulans conventionis fidem repetat dominus, absolvatur reus, semettertius ut dicitur negotium gestum affirmans.

Venditor evictionem praestare nolens pro fure habeatur, nisi de non praestanda evictione coram testibus convenerit.

Art. 111. Pro latrone vel fure non habendum esse, qui semettertius ut dicitur affirmet rem, de qua agitur, a domino palam commodatam sibi aut venditionis causa traditam esse.

In possessionem rei litigiosae mittendum esse vindicantem, si ter datis quatuordecim noctium induciis defendi possessor noluerit.

Auctoris in litem vocandi curam reo relinqui.

Art. 112. Rem, quam tenens ab alio sibi commodatam dicat, actore praesente restituat ei, a quo accepit, priusquam ipse liti se obtulerit.

Caput 258. Ob rem commodatam, quae periit, absolvi reum, qui juraverit majorem custodiendae alienae quam suae rei se diligentiam adhibuisse.

Ob culpam vero in re aliena commisssam damni nomine do-

„Swelk man deme anderen sin gut dut zu behalde. wirt iz yme virstolen. oder abe geroubit. oder virbrant. oder stirft iz ob iz veh is. her ne darph da nichene not umme liden. darn her sin recht umme tun. daz iz ane sine schult

mino pro causae diversitate satisfaciendum esse [1]).

geschen si. Swaz men aber eyneme manne liet oder sazt. daz sol her unvirderft weder bringen oder gelden nach sineme werde" [2]).

Suum facere periculum, qui equo in pignus dato vehatur, sed et mercedem, quasi re locata, consequi debitorem, sex denarios percepturus pro viginti mille passibus, quibus vectus equo est pigneratitius creditor. Jumento deteriori facto ob praestitum illi pabulum nihil deberi pigneratitio creditori, dupliciter autem de damno eum teneri, si non concessis sibi operibus usus fuerit.

„Stirft aber pferd oder veh binne satzunge ane ienis schult. der iz under yme hat. bewiset her daz. unde darn her sin recht vorethun. her ne gilt iz nicht. her hat aber virloren sin gelt. da iz yme vore stunt."

Caput 259. Domino jurandum esse, si rem a famulo interversam vindicare velit, rem non modo suam, sed et inscio se et invito a servo alienatam esse.

Art. 113. *„Verdopelit eyn knecht sinis herren gut. oder virsazit her iz. oder virkouft her iz. die herre mag iz wol weder vurderen. deste her sich darzu the alse eyn recht is"* [3]).

---

1) Ob oculos habuit, ni fallor, bavaricus scriptor Ulpianum in l. 18 pr. et §. 1 commodati, ubi docetur primum diligentissimi patris familias diligentiam adhibendam esse, itaque non sufficere diligentiam in re suà consuetam, deinde (§. 1) additur, ob culpam non commodati tantum sed et legis aquiliae actionem esse. Hanc alteram actionum varietatem indicant bavarici libri verba: „daz bezzer alse reht si."

2) Integrum hunc apposui locum, ut videatur: primum causae ob quam in bavarico libro Ansegisi capitulo „de juramento" subjunctus legitur vix aliquod hic vestigium relictum esse, verbis „darn her sin reht umme tun"; deinde, disparuisse rationem quae Ulpiani sententiam et bavaricum locum intercedit, omissis quae de diligentia majore quam suis rebus adhibenda apud bavaricum scriptorem occurrunt, et verbis: „alse reht si" mutatis in verba: „nach sineme werde."

3) Pessime omisit hic saxonicus scriptor, quae de jurejurando domini „se invito rem alienatum esse" in quaestione erant.

Si lusu aliove quo modo, volens prudens famulus rem propriam perdiderit, nullam domino ad eam recuperandam actionem dari, nisi forsitan minor fuisset servus, cujus ad dominum cura pertinebat.

Famulo, quum domini negotia procuraret, si quid rerum suarum vi vel furtim ablatum fuerit, ut indemnis habeatur, in dominum actionem dari, ita tamen ut domino cedat actionibus ex furti latrociniive causa sibi competentibus.

„Verdopelit aber her sinis selbis gut. oder virsat her iz. oder in welker wis her des gelosit mit sime willen. die herre ne mach da nicht uph furderen. [*went her nis iz yme nicht plichtich zu geldene. al habe er yme sin verlies besatzt.*[1]) *also en is yme nieman plichtig vor zu antwordene*]. *wirt aber yme sin perd oder ander sin gut dufleke oder roufleke genomen in des herren dienste ane des knechtes schult. daz mut yme sin herre gelden. da vore mut men ouch deme herren antworden. op her da uphe claget.*"

Caput 260. De judaeorum jurejurando.

Rei christiano homini a se venditae auctor Judaeus ex christianorum hominum legibus fiat.

Art. 114. *„Die iode ne mut kerstenis mannis gewere nicht sin. her ne welle antwarden in kerstenen mannis stad.*"

Judaeus rei cum christiano homine gestae tres christianos homines testes habeat; nunquam enim Judaei jusjurandum christiani hominis dicto majorem habere fidem.

Convinci Judaeum non posse, nisi unus saltem testium Judaeus sit.

Romanorum regum privilegio hoc Judaeus assecutos esse.

Quodcunque juris aut beneficiorum Judaeis concessum sit, impetratum hoc ipsis esse per Josephum, ob regem Titum (conf. caput 261).

---

1) Latinus interpres vertit „licet famulo sua damna resarcire promiserat."

Capta civitate Jerusalem superstitibus Judaeorum alimenta Josephum praebuisse.

Ter octoginta millia Judaeorum intra moenia fuisse, quum obsideretur civitas Jerusalem, quorum una pars fame consumpta, altera occisa, tertia pars a Josepho sustentata, urbe vero expugnata sub hastam missa sit, ita ut eorum treceni nummo uno venundarentur. Quosdam Titum regem mancipasse principis aerario, unde servi imperii et sub regis tutela constituti habeantur.

Si Judaeus christianum hominem verberibus aut alia quacunque injuria afficiat, poenas eum ut christianum pati, negantem vero convincendum esse adhibito uno saltem teste Judaeo, si haberi possit, sin secus sufficere christianorum tantum hominum testimonia; nec pertinere eam regulam ad injuriam Judaeis illatam.

„Sleit die iode eynen kerstenen man. oder duth her yme ungerichte. da her mede begriffen wirt. men richtet uber iene —."

Denique si christianus homo Judaeum verberibus afficiat, eandem incidere poenam ac si in christianum hominem deliquisset, siquidem in pacis suae protectionem Judaeos rex receperit.

„— durch des kuninges vrede. den her an ym gebrochen hat" [1]).

Injuriam si neget christianus, christianis tantum testibus convinci eum posse, nemini enim christianorum obesse Judaei jusjurandum.

---

1) Pro more obdormiscens hic deprehenditur plagiarius, in delectu bavarici libri faciendo inepte ad injuriam christiano homini a Judaeo datam trahens, quae imperitissimus quisque intelligeret ad inversam pertinere speciem, laesam scilicet in Judaei persona regiae protectionis pacem.

Si autem velit, judiciario certamine confligere cum Judaeo licere christiano homini.

Caput 261. Aequiora tamen Judaeis jura concessa esse a rege Vespasiano, interveniente Josepho, cui Titi filii a vehementissimo morbo sanati rex gratiam habuerit.

„Dissen vrede irwarf one Josephus weder den koning Vespasianum. do her sinen sonen Tytus gesunt machede von der icht."

In emtis rebus furtivis vel violenter ablatis pares christianis hominibus Judaeos haberi, eodemque quo illi modo convincendos esse; denique si pignori rem furtivam acceperint sicut in christianos pignorum creditores rei vindicationem domino competere.

Jam vero, quod nequaquam laudandum sit, pecunia data meliorem sibi conditionem a regibus obtinuisse. Qui enim Judaeus lucente die coram aedibus in hominum conspectu rem furtivam pignori acceperit vindicanti domino restituere eam non cogi, nisi pecuniam creditam recipiat absque usuris.

Parumper inverso ordine loco e regione posito respondent verba:

„Koupht die iude oder nymt her zu phande kelkhe oder buche. oder gerwe. da her nichenen weren ane hat. vint men iz binnen sinen weren. men richtet uber ine. alse uber eynen dief. Swaz die iude kouft anderis dinges unvorholen unde unvorstolen bi tages lichte. unde nicht in beschlozzeneme hus. mach her selbe dritte bethugen. her behalt sine phenninge da an. die her da umme gaph oder die her da uphe tede.[1]*) ob iz wol virstolen is. brikt yme an deme thuge her virlusit sine phenninge."*

Rem publice pignori datam esse probare Judaeum debere jurejurando, duobus adhibitis jurisjurandi comitibus Judaeis, aut altero Judaeo, altero Christiano.

Res in ecclesiarum usum consecratas, si earum furtum factum sit, nulla habita pecuniae solutae ratione vindicandas etiam contra Judaeos esse. Rem si accepisse Judaeus falso negaverit, pro fure

1) Verbis „die her da uphe tede" immemor est saxonicus scriptor, substituisse se res emtas rebus pignoris loco acceptis, ad quas solas pertinet bavarici libri sententia.

patibulo affigendum, auctorem vero laudantem, ejusmodi quoque rerum nomine, audiendum esse.

Caput 262. Plura hic recentior quaedam manus interspersit de Judaeis ad christianam fidem conversis, de vitanda a christianis Judaeorum consuetudine, quaeque id genus similia ex ecclesiastici cujusdam scriptoris lectione fluxisse videntur, quaeque curiosius hic expendere operae non est pretium, quum nihil inde saxonicus scriptor suum fecit.

Proprius ad Ansegisi caput de juramento accedit:

Caput 263. In quae verba Judaeis jurandum sit.

Caput 9. **De conspirationibus.**

Caput 264. Quandoquidem munitiones, militesque obsequio suo addictos habere principibus municipiisque permissum sit, quibus tueri se ipsos possent, nonnullos statuere, pacem, qua protegantur inermes, non pertinere ad principes et municipum communiones. Id tamen falsum esse. Principes municipesque communi pacis legi subesse, pacemque sub jurisjurandi religione invicem ex sola principum civitatumque auctoritate promissam non conspirationem illicitam, sed inviolabiliter custodiendam esse.

Art. 115. „*Man spricht daz burge unde vorsten nichenen vrede sullen haben. den man an en brechen muge durch de were die de burge haben. unde durch werhafte lude. die de vorsten vuren sollen. Des nis doch nicht. wen swer den vorsten vrede lobit. unde en truwen phlichtig is. brikt her den vrede an en. men sol uber en richten.*"

Caput 265. Ad capitis 264 verba: „*die bivrge hant.*"

Si quis aliquem judicio sisti satis dederit, nisi reus sistatur, poenam, qua convictus contumax afficiendus fuisset, fidejussorem ejus incurrere;

Art. 115. „*Swer burge wirt eynis mannis vor gerichte zu bringene. unde ne mach her sin nicht haben. alse her ine vore*

reo nondum convicto ad probationes suscipiendas adhuc admittendum esse actorem; si deficiatur susceptis probationibus, absolvi fidejussorem [1]).

Pari quo vivens poterat, testium numero defunctum quoque commissi ab eo criminis convincendum esse.

Pro homicidii reis fidejussores non accipiantur. Si vero contra factum sit, non ideo minus fidejussorem rei loco capitis damnandum esse, scilicet, si de homicidio interpositae fidejussionis tempore commisso constiterit, neque tamen ejus criminis reus sistatur judici. Similiter qui ut dati vulneris reus judicio sisteretur, fidejussit, si statuto judicii die occubuerit vulneri laesus, nec tamen exhibeatur hujus homicidii reus, capitis ejus loco damnetur, nisi expresse caverit fidejussor, ob vulneris tantum causam intercedere se velle.

Quodsi neget adversarius in fidejussione interposita ita cautum

bringen sol. her mut bezzeren nach deme daz her beclaget was. want her an der clage virwunnen is."

„*Geit aber die clage an den liph. her mut geben sin wergelt. daz sol werden deme clegere unde nicht deme richtere. sin gewedde hat her aber daran.*"

1) Quid hercle inquies hic sibi vult de satisdationibus locus ad Ansegisi caput de conspirationibus? Et quidem hujus rei non alia ratio est, quam quod ex soni similitudine ad verbum „bivrge", quod et municipes significat et fidejussores, parum sane convenienter, in margine quidam scriptor de fidejussoribus judicio sistendi causa datis nonnullas quaestiones fortuito sibi obvias notaverat. Municipum mentionem in praecedenti loco deleverat saxonicus scriptor, idque rectissime, nam jus componere instituerat, quod extra civitates per Saxonicam custodiretur; quaestiones vero ad fidejussionis causam pertinentes, licet intempestive interjectas, argumentorum ordinis plane incuriosus non modo loco, quem sortitae sunt, retinuit, sed et novis additionibus ut alias solet, amplificavit.

esse, de re gesta fidejussoris jurisjurando stetur, modo duos afferat testes ipsius rei gestae scientiam habentes.

Praestito hoc jurejurando fidejussor vulneris tantum nomine tam judici quam laeso teneatur [1]).

Caput 266. De induciis ob componendam capitalem, quam dicunt, inimicitiam coram judice sub jurisjurandi religione concessis [2]).

Capitis damnandum esse, qui fregit inducias a se concessas; manus truncandae autem poenam incidere, qui in pacem ab alio servandam sponsor factus pactionis laesae reum post quatuordecim noctes non exhibeat judici.

Si exhibeatur reus manu hunc ipsum truncari, capitis autem sup-

„Zu derselben wis sol men den vrede bezzeren den eyn man vor den anderen lobit. Brichet aber eyn man den vrede den her vor sech selbe lobit. iz gat yme an den hals" [3]).

1) Integer hic locus deest in ambrasiano exemplo, ad quod potissimum conformavit editionem suam Wackernagel (c. 217). Prior ejus pars corruptissima legitur in lassbergiano exemplo, emendanda ex literariae universitatis Basileensis tribus codicibus in hunc modum: „wirt aber ieman bivrge vmbe den tot slag. man toetet in alse ienen. daz ist also gesprochen. was der man (intellige eum de cujus caede agitur) tot. do er bivrge wart. den man lobete fivr ze bringen [mag er in niht fivr bringen]. er stirbet fivr in." Supplenda igitur sunt verba, quae cancellis inclusa hic exhibui.

Patet saxonicum scriptorem, haerentem in loco admodum dubiae fidei, alia, quae sibi aequior visa est, ratione expedire quaestionem propositam conatum esse.

2) Apparet hic agi de pace inter privatos ubi graves ultionis causae subessent jurejurando firmata, quod Gallis dicebatur assecuramentum („asseurement"), de quo conferas Statuta Ludovici IX regis I, 37.

3) Saxonicus scriptor respexisse hoc loco videtur jus municipale saxonicum art. 53.

plicio non affici, quum inducias non ipse spoponderit, sin autem sisti judicio nequivert, eum qui intercessit eandem pro eo poenam incurrere. Si ante judicii diem decedat promissae pacis fractor, sed posteaquam de fractae pacis crimine per testes constiterit, poenam fidejussorem eo nomine pati, si vero reus quum moreretur nondum convictus fuerit, absolvendum esse fidejussorem, nisi diserte ab eo stipulatum fuerit, respondere se velle de reo, dum vivat aut mortuus fuerit.

Caput 267 ad capitis 266 verba: „*vnde bringet er in fivr.*"

Qui criminis reum judicio vi exemerit, poenam, quam ille meruit, patiatur; si custodiae illum restituat, commissi quidem criminis poena immunem haberi, sed judici ob vim a se factam condemnari.

Denique ut custodiae reum remancipet, ter octo dierum dilationem illi concedendam esse.

„*Swelk man eynen beclageden man um ungerichte deme gerichte weldelikhe untfurit* [*wirt her gevangen mit geruchte*] *her sol like pine ieneme liden.* [*kumt aber her wech men virvestit ine alzu hant. ob men ene an der hanthaften tad gesehen hat unde beschriet mit deme geruchte unde men daz gethugen mach*]."

Art. 116. [„*Sol eyn man zu bescheydenen tugen vorbringen eynen man. die um ungerichte beclaget is: unde stirft her da binnen. her sol ine dot vorebringen. so is her ledich. Is her aber umme schult beclagit. de noch nicht uph ine gewunnen is. stirft her binnen deme tage. men ne sol sin nicht vorebrengen. ab die burge sinen tod selbe dritte bethugen mach. so is die burge ledich. sin erbe sol antworden vor de schult.*"]

Animal coram judice exhibendum si perierit, absolvi qui ea de re cautionem interposuit, si detractam cadaveris pellem representet.

„Stirft pherd oder veh. daz men vorebrengen sol. die brenge de hut vore unde si ledich" [1]).

Caput 10. De perjuriis.

Caput 11. De Advocatis, Vicedominis (Vicariis et Centenariis).

Advocati quidem medio aevo dicebantur ecclesiarum defensores; vicedomini, quibus jurisdictionis in ecclesiarum subditos exercendae cura committi solebat; sed collectaneorum ad Ansegisi librum tertium auctor eum amplexus sensum, qui convenit juri romano ad Ansegisi titulum egit de causarum defensoribus, qui ob verba coram judice facienda „advocati", ob susceptum procuratorio nomine causae patrocinium „litium domini" hodieque vocantur.

Ansegisi capitulo de perjuriis respondet bavarici libri caput 360 de testibus examinandis. Jam vero quum praecedere in judiciis testium interrogationem soleat procuratorum constitutio, in seorsum scribendis ad Ansegisum adnotationibus mirandum non est, cur invertere maluerit scriptor servatum ab Ansegiso ordinem.

Majorem possent dubitationem movere argumenta, quae locum de procuratoribus et caput de cohibendis testium perjuriis intercedentia nunc leguntur (capitibus 304—319). Prima enim facie omnia diversissimi argumenti temere hic coacervata videntur, nec ulla apparet ratio, cur discussae in aliis locis quaestiones retractatae in hac operis parte inveniantur.

---

1) Pellem, si animal vindicationis causa exhibendum perierit, representandam esse in bavarico loco evidenter idcirco statuitur, quod alicujus certe ea pretii sit. Insulsus saxonicus scriptor, lacunam suspicatus, quod nihil dictum repererit de homine antequam judicio sistendus erat, defuncto, nec animadvertens posterioris tantum manus emblema hic subesse, risum teneatis, dicta de corio, asini forte aut ovis, unde saltem membranae libris scribendis poterant fieri, transtulit in hominis corpus demortuum; ob insignem hujus rei absurditatem correctus ut videtur ab alio quodam scriptore, qui convenientius interjecit: „ab die burge sinen tod selbe dritte bethugen mach. so is die burge ledich."

Intentius tamen legentes movebit propositas species tantum non omnes continere de probationibus quaestionem quandam, etiamsi in similis argumenti capitibus per totum librum dispersis probationum saepissime nulla omnino ratio habita reperiatur. Unde dubitari omnimodo nequit, quin orta sit haec bavarici libri particula ex peculiari quodam de probationibus et praesumtionibus commentario, quem continuati bavarici libri concinnator haud inepte composuit capiti de perjuriis, quo Ansegisus exhibet Caroli magni constitutionem de inquirenda causae veritate per testes a judice tam eligendos quam examinandos.

Nonnulla tamen posterior manus aliena huic argumento interspersit de quibus suo loco dicam. His in universum praemonitis jam singulas bavarici libri sententias saxonico libro comparemus.

XLIV.

De causarum patronis; ad anticipatum Ansegisi caput de advocatis et vicedominis.

Caput 268. In mutuis petitionibus prior discutiatur actoris causa, etiamsi in jus vocatus procuratorem prior constituerit [1]).

„Swelk man upphe den anderen man claget. der erst claget ne hat yme nicht zu antwordene. her ne si von yme ledich.“

„Claget vele lude uph eynen man ungerichte. her ne hat den

1) Legendum est: „Ob zwene vor gerihte vf ein ander clagent vnde einer dem andren fivr hat gebotten. der nimet dez ersten fivrsprechen dem sol der rihter nivt rihten. er sol dem rihten der fivr gebotten hat.“ Male ex turicensi codice supplevit hic Lassberg: „dem da fivrgeboten ist den sol der rihter nivt rihten“, quod depravat, non explet loci sententiam. Saxonicus scriptor, recte caeteroquin locum intelligens, male tamen omisit dubitationis causam, in eo positam, quod in constituendo procuratore praevenit actorem in jus vocatus. Detracta procuratoris mentione et interjectis additionibus, quas synoptica tabula ob oculos ponit, effectum est ut obscuraretur ratio, qua rubricae „de advocatis“ conveniunt saxonici libri argumenta.

anderen nicht zu antwordene. ir her des ersten ledich is. wirt de clage gedegit. her ne darf nicht burgen setzen. wan vor sin wergelt. al si der clage vele."

Caput 268. Ad praecedentis capitis verba: *„vnde einer dem anderen fivr hat gebotten"*:

In jure quando conspiciatur adversarius in jus vocatione non opus esse actori; sed immobilem rem si vindicare velit, inducias praesenti reo concedendas esse usque ad proximum judicii diem.

Caput 270. Ad capitis 268 verba: *„der fivr gebotten hat"*:

Invicem in jus se vocantium si neutra pars alteram in citatione facienda praevenerit, simulque ambo actores et vicissim rei judicem adierint, qui prior ut causae patronus sibi detur postulaverit, quod petiit obtineat, et ipsius causae sententiam ferat; si nec in impetrando causae patrono tempore unus alterum praevenerit, qui natu major est prior causae patronum accipiat.

Caput 271. Ad capitis 269 verba: *„Sieht ein man den andren vor gerihte in der schranne stan"*:

Si absens criminis reus intra diem quaestionis sibi praestitutum deprehendatur, in vinculis constringere eum actori, ut in judicium adducatur, licere, nec apparitore, ut capiatur, opus esse, quotienscunque fugae justa suspicio interveniat. Captus vero si satis idoneum se coram judice ostenderit a quo suum actor consequeretur, boni viri arbitratu illa-

Art. 117. *„Wirt eyn man um ungerichte beclaget. da her nicht zu antworde nis. unde wirt yme vorgedegedinget. kumt one die clegere binnen den degedingen an. her mut ene wol bestedegen zu rechte. unde schuldegen. also lange. wante her burge setze vor zu komene. wen die richtere werkit vrede ieneme die da claget. unde nicht deme den man an siner gegenwarde vorladet."*

tae injuriae aestimationem impetret ab adversario, et judicis mulctam incurrat, quod temere manus in reum injecit. Reus autem si minus idoneus inventus fuerit, judicis custodiae mandetur; protegere enim judicem actores, non criminis suspectos.

Caput 271 lit. b. Nullum ex advocatorum errore praejudicium pati, qui ab eo proposita rata non habuerit.

Art. 118. *„Ob die man an sines vorsprechen wort nicht ne iet. die wile blibet her sunder schaden sines vorsprechen wordes."*

Caput 272. Festinet criminis reus causae patronum a judice impetraturus, quo nondum sibi concesso emendare criminis intentionem accusatori concessum est.

„Swer um ungerichte beclaget wirt. die bidde zu erst der gewere.[1]*) die wile de were ungelobit is. so mach der clegere bezzeren sine clage. unde da na nicht."*

XLV.

De probationibus et praesumtionibus; ad postpositum Ansegisi caput de perjuriis.

Caput 273. De possessionis commodo.

Si plures alienam hereditatem sibi vindicent, bona defuncti sequestrentur a judice, victori integre restituenda, si neutram partem possessionis commodum tueatur. Paternam vero possessionem non contestandam esse filio, qui judicium non detrectet.

---

1) Cautionem de prosequenda lite substituens praecibus rei de concedendo sibi causae patrono saxonicus scriptor hoc quoque loco ab oculis removit juncturam, qua connectitur bavarici libri regula titulo Ansegisi de advocatis.

Art. 118. [*„Ob se tzwene uph eyn gut sprechen na deme drittegisten. iene der iz under yme hat. der ne sol iz wederen deme anderen. se ne virenen sich mit minnen. oder ir eyne wise den anderen abe mit rechte vor gerichte"*] [1]).

Caput 274. Qui opportuno loco interpellatus probetur post tricesimum apertae hereditatis diem bona sive hereditaria sive beneficiario jure a defuncto possessa sive mobilia ei cui competebant retinuisse, mulctam judici solvendam incurrat et fructus nullo jure perceptos dupliciter restituat.

„Swer herwede. oder rade. oder erbe weigerit zu gebene na deme drittegisten. schuldeget men ene da umme vor gerichte. her mut da umme wedden unde bute geben."

„Is ein gut von tzwen mannen ansprache [lege: *angesprochen*]. *eschet iz der richtere zu rechte. men sol iz yme antworden. unde der richter sol iz under yme haben. wante se sech bescheidet nach rechte. unde iene si da abe ledich. der iz deme richtere antwordede"* [2]).

Caput 275 ad capitis 274 verba: *„Swer erbe —."*

In petendis hereditariis bonis agnatos potiores cognatis haberi.

1) An unquam insanius quid ex ore de jure respondentis prodiit, quam sententia, hoc loco interspersa: possidentem post tricesimum apertae hereditatis diem possessione cedere petenti debere, nisi transactum aut contra petentem judicatum fuerit?

2) Transpositum huc capitis 273 argumentum non nisi mutilum exhibuit saxonicus scriptor, suppressa regula de possessionis commodo, cui accomodata est distinctio bavarici libri, inter filium de hereditate paterna certantem, eosque qui possessionis jure destituti alienam sibi hereditatem obtinendam contradicunt.

(„Swer ein gůt wil erben der sol swertes halp da zů gan.")

Materni tamen generis bona, nulla defuncti prole superstite, reverti ad ejusdem generis cognatos.

Denique in utroque genere ex gradus proximitate succedi.

„Swer herwede vurderet. der sol al uz von swert halben da zu geboren sin" [1].

Caput 275. In vindicandis rebus eum agere qui non possidet, tenentis defensionem esse.

Art. 119. *„Die richtere noch nemanne mach niemanne von sinir clage wisen ane die upphe den de clage geit"* [2].

Lit. b. Ad subsequentis paragraphi verba: *„daz ist da von. daz si geseit sint von dem rehte der christenheit."*

Juris communione privatis causae patronum a judice constituendum non esse. Superiori autem loco

„Rechtelose lute ne sollen nichenen vormunde haben."

---

1) Unde effectum sit, ut in jure provinciali saxonico neglectui inciperet haberi regula communis fere omnibus germanicae originis nationibus: bona paterna paterni generis, materna materni generis cognatis cedere, servata tantum antiqua consuetudine in militari apparatu et muliebri supellectile, quorum ille ex paterna, haec ex materna hereditate ad defunctum defunctamque venisse fingebantur, longum foret hoc loco exponere. Curiosius itaque eam in rem disserere mecum constitui oratione, quam ex academicis legibus in aula maxima proxime habiturus et deinceps editurus sum de ratione qua conservandis avitis familiarum bonis majores nostri prospexissent.

2) Bavaricus scriptor ad rem apposite dixerat: „Der richter sol niemann vz siner gewer wisen. wan clage vf den der das gůt in der hant hat"; i. e. „possessionem judex nemini auferat, ubi non rei vindicatio adversus tenentem intentata reusque ut oportet in jus vocatus fuerit." Saxonico scriptori videtur exemplum ob oculos fuisse, in quo vel omissis vocabulis „siner gewer" ex errore legebatur: „Der rihter sol niemann vz wisen" („neminem judex repellat"), vel stilum praecurrente librarii oculo male bis scriptum erat vocabulum „clage". Inde a vero loci sensu aberrans saxonici libri auctor excogitavit sibi regulam „actionem nemini a judice denegandam esse, priusquam a reo contestata fuerit; nec ab alio quopiam impediendum esse agere volentem."

expositum esse, qui homines juris communione destituti habeantur.

Lit. c. Proscriptis excommunicatisque petere volentibus in jure standum non esse, adversus ipsos tamen recte petitiones intendi.

„[Des riches] achteren unde virvesteden luten ne darph nemant antworden ob se clagen. Claget men uber se. sie muten antworden [binnen deme gerichte da sie virvestit sin].“

Caput 277. Ad capitis 276 verba: *„claget aber ieman vf si [die ehter] dem mů̊zzen si antwirten.“*

Proscriptus in juris integritatem restitui cupiens, sponte, nec deprehensus vinculisque constrictus, adeat judicem, satisdaturus per idoneos fidejussores, judicatum multamque solvi.

„Ein virvestit man mut sich wol uzthen in allen steden. [binnen deme gerichte. da her ine virvestit is. Tzo glicher wise alse men die clage wol irhebben mut in allen steden. also mut sich eyn man wol uzthen in allen steden. burgen sol her aber setzen. daz her vore come].“

Praesens actor ipse fidejussionem recipiat. Absente actore si minus idoneos fidejussores judex admittat, eum suo non actoris periculo hoc facere.

Judex fidejussores cogat, ut praestent actoribus, quaecunque in judicium deducta adversus reum aut hucusque impetraverint, aut deinceps impetraturi sint [1]).

Judicis officio contineri ut cogat fidejussores, absentium actorum loco receptos; ab ipsis autem actoribus conveniendos esse fidejussores, qui illis interrogantibus fidejusserint. In homicidii vel bonorum raptorum causa fidejussores a judice, invito actore, accipiendos non esse.

---

1) Corruptissimus in lassbergiano exemplo locus ex basileensium et turicensium codicum auctoritate legendus est: „daz si den clagern leisten vmbe swaz ir clage vf ienen si vnde swaz si behabet habent hinz im. vnde habent si niht behabet. vmbe swaz si dannoch behabent. daz sol der rihter die bvrgen heizzen geben“; i. e. et si nondum aliquid impetraverint actores, quodcunque deinceps („dannoch“) impetraturi sint, hoc judex fidejussores solvere illis jubeat.

„— ne hat her des burgen nicht. die rihtere sol iene selbe behalde biz daz her rechtes plege."

Proscriptus qui negante adversario in juris integritatem se restitutum esse affirmat, jusjurandum ea de re praestet, adhibitis testibus duobus, qui viderunt et ipsi audierunt, restitutam illi esse juris communionem, ab eo ipso judice, qui prius inter proscriptos illum retulit.

„Swer vor gerichte spricht her habe sech uz der vestunge tzogen. unde ne vulkummt her des nicht mit gethuge [mit deme richtere und] mit zwen mannen. die clegere darf nichene vestunge me uph ene thugen[1]. *[Swer aber under koninges banne virvestit wirt. die bedarf tzwier schepen unde des richteres zu gethuge. swen her sech uz thut].*"

Plurium judicum proscriptioni obnoxius ab unoquoque eorum restitutionem impetret. Fidem denique adhibendam esse missis ab extraneo judice literis obsignatis, quibus se restitutionem proscripto indulsisse profiteatur.

Caput 278. De fide testibus habenda.

Non liberae tantum conditionis homines sed imperii quoque milites et principum ministeriis adscriptos in quacunque controversia ad testimonia dicenda admittendos esse, etiamsi inter liberae conditionis homines ea causa agatur, exceptis duntaxat causis[2] in quibus capitis vel status quaestio moveatur; in his enim principum ministeriis addictos testes non

Art. 120. *„Vri lude unde des riches dienstman die muzen wol thug sin [unde urtel vinden. durch daz se deme riche hulde tud]. Doch ne mut des riches dienstmann uber den schepenbaren vriman noch urdel vinden noch thug wesen."*

---

1) Bavaricum locum in sententiam saxonicus scriptor contorsit, qua nihil dici poterat futilius. Quis enim etiamsi non monitus dubitaverit unquam, opus non esse ut probetur proscriptio adversarii, postquam de lata in se proscriptionis sententia is ipse confessus impetratam in integrum restitutionem frustra probare conatus fuerit?

2) Legas: „die mvgen d i r r e dinge — nivt gezivg sin" non ut lassbergianum exemplum habet „drier dinge".

admitti contra liberae conditionis homines [1]).

Caput 279. De fructibus ex alieno solo a bonae fidei possessore perceptis. Conf. quae infra notavi ad caput 281.

Art. 121. *„Swer des anderen lant unwizzende eret. da ne volget nichen wandel na."*

„Swer aber lant eret daz her yme zusegit. wirt iz yme abe gewunnen mit rechte. her mut iz bezzeren" [2]).

Caput 280. Qui in alieno fundo deprehensus ob damnum ibi datum pignus capi noluerit, ob impedimentum pignoris captioni factum multetur, fundi

„Her mut och wol phanden upphe sime lande [*deme der iz eret.*] *ane des richteres orloph.* [*durch daz her rechtes mede bekome*]*"* [3]).

1) Fallitur saxonicus scriptor imperii milites non admittens ad testimonia dicenda in capitalibus causis equestris dignitatis hominum; deceptus quod in bavarici loci principio juncti leguntur: „dez riches dienestman vnd der fivrsten dienestman." Sed non animadvertit deinceps scriptum esse: „aber die dienestman die hie vor genennet sint", i. e. illi ministerialium hominum quorum mentio proxime hunc locum antecessit, quod prudenter adjectum est, ne proposita exceptio extenderetur ad prius nominatos imperii milites, proximum in militari dignitate post principes locum obtinentes.

2) Rectius bavarici libri sententia in quoscunque malae fidei possessores concepta est, verbis: „vnde erret er ez ze vnrehte mit wissende. er mů̊z bů̊zzen dem. dez daz lant ist. vnde ouch dem rihter. vnd hat doch sin arbeit verlorn." Saxonici libri differentiam crederem ortam esse partim ex vocabulo „ze vnrehte", partim ex eo, quod dicitur malae fidei possessorem mulctam quoque judici solvendam incurrere, unde inductus est saxonicus scriptor, ut referret sententiam ad fructus spreta judicis auctoritate perceptos, licet notum est nihil actores olim poenae nomine consecutos esse, ubi non et judici mulcta a victo solvenda competebat.

3) Saxonicus scriptor hunc locum in unam sententiam contrahens cum argumento praecedentis capitis, quod non vidit ortum esse ex nota quae capiti demum 281 subjungenda fuisset, silentio praeteriit, quae de probationis causa in bavarico loco leguntur, licet hic ex instituto argumentorum ordine potissimum quaestio in eo vertebatur, an impedita pignoris capione deterior facta sit domini conditio, cui de damno sibi dato per captum pignus probandum erat.

autem domino si alia ratione damnum sibi illatum probaverit, non noceat, quod omissa sit pignoris capio.

Caput 281. Facta ex judicis auctoritate proclamatione, qua interdictum erat ne spicilegia, alias licita, in agro quodam fierent, manum perdat adversus hoc praeceptum spicas colligens, si trium testium dictis convincatur emissae proclamationis se, quum delinqueret, notitiam habuisse [1].

„Mit erene ne mach nieman sinen liph virwerken. noch sin gesunt. iz ne si daz yme daz lant vor gerichte virteilit si. unde vrede da uber gewarcht si" [2].

Caput 282. In vindicandis rebus si utriusque partis testes pari numero producti contradicant sibi, ad explorandam communem vicinorum notitiam recurrendum esse. Si inter vicinos a judice examinandos similiter ab utraque parte aequalis sit pugnantium secum testimoniorum numerus, utrique parti dimidius fundus litigiosus adjudicetur, nisi forsitan fide digniores inveniantur testes ab una parte stantes.

„Sprechent tzwene man zu weder stride eyn gut ane mit glicher ansprache. unde daz mit glicheme thuge biedet zu behaltene. men sol iz under ine teilen. Dissen thuch sollen die rechten umesazen bescheiden. die in deme dorfe oder deme nahesten bidorphen gesezzen sin. Swer die merren menyen an deme thuge hat. die behalt daz gut."

---

1) Oculos incurrit capiti 279 (de fructibus in alieno solo bona fide perceptis) male anticipatam inesse adnotationem ad hunc locum, ex verborum affinitate ortam et referendam ad capitis hujus verba: „mit erren gan."

2) Bavaricus liber exhibet: „mit erren gan" i. e. perlustrando agros ad colligendas spicas a messoribus praeteritas. Saxonicus scriptor, deceptus vocabulo „ert", quod capite 279 legerat, etiam hoc loco scribens „mit erene" i. e. „arando", mentem propositae quaestionis de probanda factae proclamationis scientia omnino assecutus non est.

Quaenam personae ad testimonia dicenda admittendae sint, superiore jam loco expositum esse.

Si per homines vicinos rei veritas erni nequeat, in aquam immersione divinum exploretur judicium, victoremque in possessionem judex mittat. In possessionem misso qui vim faciat, manum perdat, aut pecuniaria decem argenti librarum poena redimat.

„*En ist iz den ummesatzen nicht witzelich wer iz in gewerен habe. so mut men iz wol bescheiden mit eyneme wazzerordele.* [*oder die clegere unde upphe den die clage geit. sollen dazu sweren daz sie recht wisen also ob iz ire si. da sol die richtere sine boden zu geben. swa se beide zu sweren. daz sol men ine gliche teilen*]" [1]).

---

1) Inquisitionum per homines viciniae fide digniores praecipuum ex carolingicis constitutionibus usum in finium controversiis fuisse plenius alio jam loco (Ursprung der Geschwornenanstalt, p. 35), allatis eam in rem antiquorum monumentorum testimoniis, exposui. Consuetudinem hanc, apud Francogallos latissime propagatam, et inde per Normannos in Angliae regnum translatam, per Germaniam quoque obtinuisse et saeculi decimi tertii sub finem viguisse pretiosissimum nobis testimonium offert bavaricus liber capitis hujus principio, quod genuinae scriptionis esse ex ipso loci argumento colligitur. Ejusdem vero capitis extremam partem minime dubito quin inter vilioris frumenti paleas conjiciam, quibuscum permixtae ad nos delatae sunt antiquae jurisprudentiae dapes. Antiquitus enim, ubi aliae deficiebant probationes, de finibus controversias judiciariae pugnae discrimine expediri solitas esse (cf. quae eam ad rem monui supra p. 93 et System und Geschichte des franz. Civil-Proc. I, p. 16), antiquae tam Bajuariorum (XVI, c. 2) quam Alamannorum (tit. LXXXIV) leges extra dubium ponunt. Carolus autem magnus imperator, de imperii sui inter filios divisione statuens anno 806 (Perz I. p. 142, c. 14), prudenter armorum discrimini in ejusmodi contentionibus substituit divinum judicium explorandum, non ut bavaricus liber nunc habet per immersionem in flumen, sed partibus, ut dicitur, ad crucem stare jussis. Cap. I anno 806:

„Si causa vel intentio sive controversia talis inter partes propter terminos aut confinia regnorum orta fuerit, quae hominum testimonio declarari vel definiri non possit, tunc volumus ut ad declarationem rei dubiae judicio crucis Dei voluntas et rerum veritas inquiratur, nec unquam pro tali causa cujuslibet generis pugna vel campus ad examinationem judicetur."

Art. 122. Ad praecedentem locum de immobilium rerum controversiis disseritur hic de mobilibus rebus ex commodati causa restituendis, verbis: „*Swer deme anderen lyet pherd oder cleider zu bescheidenen tagen. halt her iz uber den anderen tach unde wirt her da umme beclaget. her sol iz alzuhant weder geben. unde bezzeren ob er iz ergeret hat. Duve noch roub ne mach* [*man*] *en nicht thien da an. went her iz yme leth. Underwinden mut sech och wol eyn man sines gu-*

Judicium quod dicitur aquae frigidae, laticis aut undae ex ingenio minus bene instructus quidam scriptor hoc bavarici libri loco intrusit, deceptus eo, quod finium controversiae, de quibus agitur, frequentissimae sunt inter rusticos, et quod immersionis illud discrimen, licet Ludovici pii constitutione anni 829 (c. 12; Perz I, p. 352) ut ethnicae originis prohibitum, recordaretur tamen ex usu maxime adhiberi in criminalibus rusticorum causis ad docendam eorum innocentiam. Cf. Eckehardus jun. de cas. Si. Galli: „Plebejus et minoris testimonii rusticus aquae frigidae se expurget judicio."

Divini autem judicii nulla species minus apta potuisset eligi ad expediendas finium controversias, quam ipsum hoc immersionis periculum. Quis enim fuisset causae exitus, si utramque immissam partem rejecerit flumen? Et in summa admonendum est, quaecunque, excepto certamine singulari et crucis quod dicitur judicio, de utraque parte divini judicii periculo pariter subjicienda passim occurrunt (v. c. apud Gregorium Turonensem mirac. I, 81), ea inventionibus fabulisque magis adnumerari oportere, quam revera unquam in usu fuisse.

Perquam dubiae fidei esse huc pertinentem bavarici libri locum ipse quodammodo sensit saxonicus scriptor, nec tamen recedere ab exempli sui auctoritate ausus est, sed mediam quandam expediendae litis dubiae rationem invenit, statuens: tantam fundi litigiosi partem alterutri partium litigiantium adjudicandam esse, quantam ipsa, monstratis finibus, suam esse juraverit, jurante autem utroque adversario eundem locum ad se pertinere, aequalem unumquemque eorum rei litigiosae partem consequi.

Caput 283. Ad capitis 281 verba: *„lovgent er daz er dar vmbe nivt wiste. dez sol man in vberzivgen mit drin mannen.“*

Eum, qui proscripto cibum tectumve praebuerit, ut amputandae manus poena afficiatur, similiter trium testium dictis convincendum esse proscriptionis sententiam ad ejus notitiam venisse.

Nec eum puniri, qui sciens unam tantum noctem proscriptum in domum suam receperit; hoc enim hospitalitatis officium esse a qua multae egregiae virtutes descenderint [1]).

des. swa her iz ane kumt mit rechte. daz men yme mit unrechte vore halt uber bescheidene zit.“

„Swer herberget oder spiset witzene eynen virvestenen man. her mut da umme wedden. ne weiz her it aber nicht [her untredet daz gewedde mit siner unschuld].“

Caput 284. Quaecunque coram judice gesta fuerint, ea rata habenda esse a quocunque, qui deinceps succedat in administrandae ejusdem jurisdictionis officium.

Denique ubicunque septem testium dictis opus sit, tantundem judicis aut praeconis testimonium valere, quam duorum testium elogia [2]). Cf. supra c. 11.

Caput 286. Ad caput 283.

Proscriptus ab inferiori judice, impetrata deinceps proscriptione

[„Men ne mach niemande mit nicheinir vestunge virwinnen in ey-

1) „Diz ist gesetzet durch dez mannes hus ere. von der hus ere ist vil gůter dinge komen.“

2) Conf. c. 11. Inverso ordine huic capiti convenit saxonici libri art. 124 verbis: „Stirft eyn richtere — geinnerit wirt.“

regia, si more solito in integrum restitutionem a rege consecutus fuerit, per sex hebdomadas unamque diem regis coetum comitetur in jure unicuique coram eo responsurus, qui agere adversus se voluerit. Interim sub regiae pacis tutela constituatur. Discessurus jurejurando regi promittat, se praesentari velle coram judice cujus primam proscriptionem incidit; quo praestito jurejurando literas regis obtineat de soluto proscriptionis vinculo, continentes nomina fidejussorum, qui intercesserunt pro eo. Post alteram deinceps hebdomaden suo praesentetur judici, exspectaturus tres quindenas, an secum contendere aliquis velit; quo elapso tempore absolutus a quocunque crimine habeatur, nisi accusator probet, quominus tempestivius ageret se justas impedimenti causas habuisse.

nemen anderen gerichte. Swer in deme hogesten gerichte virvestit wert. der is in allen den gerichten virvestit. die in daz gerichte horet[1]). *Swer aber in deme nederim gerichte virvestit wirt. der nis in deme hogeren nicht virvestit. her ne werde da redeleke ingebracht. die nedere richtere ne mut nicht richten die vestunge die der uberste herre getan hat. si ne si yme also wizzelich. daz her ir selbe gethuch wolle sin in des hogesten richters stat.*"]

Art. 123. „*Stirft eyn richtere. swaz bi sinen ziden geschin is. des sol sin nachkomel an dem gerichte gethuch sin. al ne sege her iz nicht. swen her mit schepen gethuge der warheit geinnerit wirt*" [2]).

Ad locum de rebus coram judice gestis saxonicus scriptor, bavarici libri supplendi causa proposuit sibi disquirere cujus judicis cognitio sit de rebus vel extra

1) Num forte saxonicus scriptor jurisdictiones quasdam noverat, quae supremae regis jurisdictioni non subessent?

2) Conf. bav. libri caput 284. Saxonicus scriptor hic inhaeret bavarici libri vestigiis, immemor se ipsum eandem sententiam ex jure municipali saxonico jam supra attulisse articulo 67, ad quem vide quae p. 126 notavi.

judicium, vel extra ipsius jurisdictionis terminos gestis. Pertinent eo, quae hic sequuntur.

„Binnen markede noch binnen uzwendegene gerichte ne darph niemant antwarden. her ne habe da wonunge oder gut binnen. her ne virwerke sich mit ungerichte da inne. oder her ne virburge sich da binnen. Swaz buten deme gerichte geschiet. da ne darf her da inne nicht antwarden."

Caput 286. Ad capitis 285 verba: *„vnd sol darnach dem hove volgen sehs wochen vnde einen tag. ob ieman vf in clagen welle."*

De capite et bonis unius cujusque personae ipsum statuere posse Romanorum regem, quum illi universalis jurisdictio in omnes imperii subditos competat.

Art. 124. *„Der kuning is gemeyne richtere uberal."*

„In eyneme uzwendigeme gerichte ne antwardet nichein vriman. der schepenbare is. men neme ine zu camphe. In deme gerichte mut her aber antwarden. da sin hantgemal leget" [1])

---

1) Locus haustus ex jure municipali saxonico art. 33. Vocem hantgemal intellige de signis quae manu fiant, i. e. de monogrammatibus quibus equestris ordinis personae medio aevo uti solebant ad signanda instrumenta rerum a se gestarum, quorumque exempla, comparationis instituendae causa, edi et servari oportebat apud judices, quorum sub judiciaria potestate aliquis signatis a se instrumentis publicam procurare fidem cupiebat. Antiquitus haec fides equestris tantum ordinis hominibus ab eo, cujus sub jurisdictione vel domicilium vel bona habebant, accomodari solebat; recentiori autem aevo idem hoc privilegium tribui coepit aliis quoque personis praecipua fide dignatis, quae communi sub appellatione vocantur „schriftsaessig".

Similiter apud Francogallos medio aevo distinguebantur equestris originis personae, quae ex signatis a se cautionum instrumentis pro in jure confessis haberi solebant, et rustici homines, quorum instrumenta

Caput 286 a verbis: „*in swelher statt schependen sint*" ad capitis 284 verba: „*da verstat er [der rihter] zwene man. vnde sin gebivttel alsam.*"

Ubicunque judicum assessores, scabini vulgo nominati, constituti sint, de quavis re coram judice gesta eorum vel sententia vel dicto opus esse nec alium quenquam ad dicendam sententiam admitti posse.

„*Hat her schepenen stul da. her is ouch ding plichtich. die schepenen stulis aber da nicht ne hat. die sol des hogesten richtes ding warden unde suchen swa her wonhaftig is*" [1]).

Sententiam si falsam tulerint, ad superiorem judicem ea de re querelam deferendam esse. Manus truncatione puniri, quos scientes falsam dixisse sententiam apparue-

---

signaculis vel laici vel ecclesiastici cujusdam judicis, ut plenam facerent fidem, communita esse oportebat.' Conf. v. c. Beaumanoir, ch. XXXV, §. 18.

1) Scriptus est hic locus ut emendetur suppressa bavarici libri sententia: „In swelher stat schepheuden sint. die svln vrteil geben vber ein iegeliche sache. — vnde nieman anders." Adversus novam hanc consuetudinem, quae solis jureconsultis deferebat sententiae dicendae facultatem saxonicus scriptor tuetur antiquum carolingicae aetatis morem, extra Germaniam quoque hinc inde (v. c. apud Normannos; Flocquet parl. de la Norm. T. I.) servatum, ut judex quotiescunque ex re sibi videretur, dictis assessorum sententiis, coronam quoque consultaret. Id indicant verba: „scabinus ubi assessoris munere fungitur, ibi ipse etiam judicium suscipiat („her is ouch ding plichtich"); assessoris autem munus non sustinentes nihilo secius ubi domicilium habent, superiorem judicem in causis dijudicandis, ubi opus est, adjuvent („die sol des hogesten richtes ding warden"), eumque ipsi judicium suscepturi adeant („die sol des hogesten richtes ding suchen")."

rit, ita ut pecunia poenae nomine solvenda redimere liceat integritatem corporis.

Caput 286 lit. b. Assessoris dignitatem a patre hereditario tanquam jure transmitti in filium, cui nondum majori facto vices suas agnatórum aut agnatis deficientibus cognatorum cuidam interim gerendas committere concedatur, ita tamen ut nemo substituatur, qui non inter hominum prudentissimos referri mereatur; repulso autem minus discreto alium eligendum esse, nec tantum valere hereditariam quasi existimationem, ut inconsulti quoque homines judiciaria sede potiantur.

[Separata judicum assessoribus scamna assignari, quibus insideant sententias dicentes; reprehendere autem sententias ab aliis dictas volentibus surgere de sedibus moris esse.] [1])

Defuncto judicis assessori nullo superstite sibi filio proximiorem agnatum succedere in officio.

„*Diesen stul erft die vater uph sinen eldesten sune. ob her des sones nicht ne hat uph sinen nahesten unde den eldesten swert mach*" [2]).

Caput 287. Adnotatio ad sequentis capitis partem priorem, ex

Art. 125. „*Swer wiph zu echte nympt unwizzene. die her zu echte*

1) Tertia hic apparet manus, quae explicandae subjectae adnotationis causa repetiit argumentum capitis 117 supra (p. 100) relatum.

2) Conf. jus munic. sax. art. 33. Scabinorum dignitas neque ex carolingicis institutionibus, neque unquam postea ex communi patria consuetudine vere hereditaria fuit, licet perpluribus in municipiis non facile defuncti scabini honor in alium quam proximiorem ejus heredem transferri consuevit. Saxonici itaque speculi commentator, quum consuetudinem loco ex bavarici libri imitatione orto consentaneam frustra suis temporibus quaesisset, sententiam conatus est interpretari de onere suscipiendi scabinorum muneris, allegans eam in rem jus romanum (c. 27 de decurionibus): „Privilegio militiae paternae se non vindicet [i. e. excuset], quem assuetus curiae nexus adstringit."

errore hic inserta, qua monetur filios susceptos ex matrimonio non justo, bona fide tamen contracto, pro legitimis habendos esse.

nicht haben ne mut. unde kindere bi ir wint. werden se seder gescheiden mit rechte. iz ne schadet den kindere zu irme rechte nicht."

Caput 288 lit. a. Septem testium dictis convincendum esse, qui illegitime natus esse dicatur.

Cf. exceptio proposita capite 287.

„*Swen man unecht spricht von der bord* [*oder von amminete*]. *daz mut uph ine thugen der iz da spricht selbe sebente mit vullenkomenen luten an yrme rehte.*"

„*Spricht men aber daz her sin recht virloren habe vor gerichte mit duve oder mit roube. daz mut die richtere thugen selbe sebende.*

Nichen schepenbare man en darf sin hantgemal bewisen. noch sine vier anen benumen. her ne spreche sinen genoz kampfleke an.

Die man mut sich wol zu sinen hantgemalen then mit sineme eide. al ne habe er iz under yme nicht"[1]).

Caput 288 lit. b. Tertiae cujusdam manus subnotatio ad capitis 287 verba: „*daz erbent div erren kint*", hausta ex capite 26.

In divisionibus inter liberos faciendis natu majorem partes facere, eligere minorem.

„*Swar zweene man eyn erbe nemen. die eldeste svl teilen und die iungere kiesen.*"

Ad verba: „*her ne spreche sinen genoz kampfleke an*":

Art. 126. „*Vorsprechen sol her darven die selbe geantwordet hat. die wile sech die man weret antwordes mit ordelen unde mit rechte. so ne hat her nicht geantwordet.*"

Ad verba: „*Nichen schepenbare man —*":

1) Verbum „hantgemale" hoc loco intelligendum est de praediis avitis, quarum ratione sigillorum instrumentis fidem facientium usus alicui concedebatur.

„Die richtere sol gelich richtere sin allen luden. ordel [ne] sol her vinden noch scelden.“

Caput 289. Ut heres ex defuncti delictis teneatur probandum esse, vel ipsum maleficii socium fuisse, vel ex eo locupletiorem esse, vel res injuste a defuncto occupatas eum consumendo suas fecisse. Probationibus autem pro causae diversitate diversis utendum esse [1]).

De illicito foenore aut aleae lusu nullam in heredes actionem dari; sed teneri eos ex fidejussionibus a defuncto interpositis.

„[Swaz eyn man deme anderen schuldich. oder nympt. da mut men deme erben vore antworden ob iene stirft]. Stirft aber iene uph den die clage geit. sine erben ne antwordet davore nicht. se ne haben daz gut under ine da umme iene beclaget was.“

Caput 290. Si quis alteri insidiatus fuerit, eumque, spoliis abstinens, vulneraverit, tum si laesus post annum ex vulnere accepto obierit, etiamsi vulnus non homicidii causa datum, nec membrum aliquod ruptum fuerit, tamen homicidae instar malefactorem defuncti heredibus condemnandum esse, modo intra annum accepti vulneris eam ob rem lis vel ab ipso vulnerato mota sit, vel a futuris ejus heredibus, ut illatam propinquo suo injuriam vindicarent. Reum autem absolvendum esse, si septem testium dictis proba-

„Swer den anderen veht unde yme nicht ne nympt. oder en wundet oder sleit ane dotslach unde ane lemnisse. sinen erben ne hat her nicht zu antwordene. ob her stirbt nach der iartzale. iene ne habe vor gerichte der clage begunt ir her starph.“

1) „Vnd daz man div ding vffen si behabet alse reht ist.“ Saxonicus scriptor haec suppressit verba, quae tamen sola indicant, cur notis ad caput de probationibus hic locus insertus appareat.

verit, cum defuncto de illata injuria sibi transactum esse [1]).

Caput 291. Initam a libero homine mancipii causam probari non posse, nisi res coram judice gesta fuerit.

Art. 127. *„Swer sech vri seget. und ene sagit. daz her sin eigen. so daz her sagit. daz her sich yme gegeben habe. des mut iene wol unschuldich werden. iz ne si vor gerichte geschin."*

Caput 292. Mancipio se dare volenti contradici posse a propinquis tam cognatis quam agnatis. Semel autem interpositam propinquorum protestationem impedire non modo eam, quae intendebatur, sed omnem omnino deditionem in causam servilem [2]).

Caput 293. Servilem originem adversus eum qui libertatem suam defendat proban-

„Spricht her aber. daz her sin inboren eigen si. her mut ine behalden uph de heiligen

---

1) Saxonicus scriptor aliquantulum difficiliorem propositam speciem non intelligens, omissis quae probationis quaestionem spectant, mutavit sensum hujus loci. Verbis enim: „vnd er stirbet nach dem iare" ex errore substituens: „ob her stirbet nach der iartzale", docet ob injurias defuncto illatas, nisi impubes decesserit („ob her stirbet nach der iartzale"), ejus heredibus actionem non dari; coeptam vero a defuncto actionem si velint, prosequi eos posse. Bavaricus autem scriptor significaverat, ob injurias, exceptis homicidiis vel membrorum mutilationibus, veniam tacite reo concessam videri, si nec laesus intra annum coram judice conquestus fuerit, nec futuri ejus heredes, quibus ex antiquo more (Taciti Germ. c. 21): „suscipere — inimicitias propinqui" necesse erat, eo nomine intra annuum illud tempus actionem intenderint. Difficultas loci, in qua lapsus est saxonicus scriptor, ex eo potissimum venit, quod miraretur nondum aperta hereditate actionem heredibus tribui, licet diligentius considerantem fugere non debuisset, heredes majoribus nostris nuncupatos esse quoscunque propinquiores cognatos, a futurae hereditatis eventu, nec omnimodo laesi mortem ut passam ab eo injuriam ulciscerentur expectandam illis fuisse.

2) Conf. sax. libri art. 127 sub finem.

dam esse per jusjurandum domini, adhibitis duobus conservis, aut hisce deficientibus, duobus cognatis non ultra septimum gradum reo propinquis.

mit tzwen sinen eigenen mannen."

Contra possidentem vero servi dominium probari debere jurejurando actoris, secum jurantibus sex agnatis servi vel cognatis.

„*Sprichl ene eyn ander herre an. weder dene mut her ene behalden mit sebene siner mage* [*oder warhafter lute*].

Obtinere reum adversus vindicantem, si secum jurantibus sex propinquis, quorum tres agnatos tres cognatos oporteat esse, jurejurando asserat, se vel liberum vel non actoris, sed ecclesiae cujusdam esse.

„*Mach aber iene selbe sebende siner mage sin vriheit behalden. drie von vater. unde dre von muter. her behalt sin vri. unde virlegit ir aller thuch.*"

„*Swer sich vor gerichte ze eigene gibt. sin erbe mag iz wol wedersprechen mit rechte. unde brengen en weder an sin vri. behalt ene aber die herre went an sinen tod. unde sine kindere. ob se nach yme horet. die her nach der gabe gewann*" [1]).

---

1) Id est: liberos mortis tempore sub ejus potestate constitutos, si post initam servilem conditionem suscepti sint; non ut latinus interpres: „prolem, si eum secuta fuerit; tum et eam quam post donationem genuerat." Sententia fluxit ex perperam intellecto bavarici libri capite 292: „Vnde wil ouch sich ein vrie ze eigen geben. daz versprechent sine mage wol beidiv von vater vnd von mů̊ter. vnd alse si einest wider redent. so mag er sich niemer ze eigen geben." Vocem enim „niemer", quae significat „omnino nunquam" i. e. nec nunc nec postea unquam, saxonicus scriptor antiquae dictionis imperitus ex recentiori sensu explicavit sibi „nunquam iterum", unde in errorem incidit, sermonem esse de inita jam servili condicione, et vocem „versprechent", quae idem valet ac deinceps „wider redent" interpretandam esse, non de protestatione interponenda adversus ineundam servitutem, sed de rescissorio judicio quo libertas servo restitueretur.

Caput 294. Potiorem in vindicando servo possidentis causam esse.

„Swer die gewere hat än eyneme manne. der mut ene mit mereme rechte virthugen den iene der ir darvet."

Caput 295. Servi dominium adversus eum, cujus in servitium transfuga se dederit, si possessor in jus vocatus non venerit actionem suscepturus, probare actorem posse jurejurando suo, una secum jurantibus duobus transfugae vel propinquis vel conservis.

Art. 128. *„Swer eyneme herren sech untsaget. unde eyneme anderen sich zuseget. unde ne cumt sin herre nicht vore deme her sich zuseget. daz er ine voresta zu rechte. iene der uph ene spricht. behalt ene selbe dritte siner mage ob her se hat. ne hat her ir nicht. her virthuget ine mit twen sinen ingebordegen eigenen mannen."*

Domino fas est, coram judice alapam infligere illi, qui servitium suum detrectasse convictus erit; nec ideo succenseat judex; suo enim jure hoc dominus facit.

„Swen her ine virthuget hat. so sol her sech siner underwinden mit eyneme halslage. ob her wil."

Caput 296. Reum, ubicunque in jus vocatus fuerit, patrio suo more defendi, nec cogi posse ut coram alio quam domicilii sui judice judiciarium certamen sustineat.

Ad capitis 295 verba: *„vnde sol dez der richter nivt zvrnen. wan ez ist sin recht."*

Qui actori condemnetur semper mulctam quoque judici solvendam incurrere.

Caput 297. Adversus in rem actionem coram ordinario tantum rei litigiosae judice defensionem suscipiendam esse.

Ad capitis 296 verba: „*Ein iegelich man sol antwirten nach siner geburt* —."

Regem quoque statuere debere ex jure personarum, non ex jure loci, in quo controversia coram eo disceptetur [1]).

Transposito ordine capitibus 296 et 297 respondet: art. 127 verbis:

„*Upphe swen die clegere wergelt oder bute gewint vor gerichte. upphe den hat ouch die richtere sin gewedde ob her wil.*

Jowelk man hat sin recht vor deme kuninge. Jewelk man mut och antworden vor deme kuninge in allen steden nach sime rechte. unde nicht nach des clegeres.

Ouch mut her antworden um alle clage da man ene umme schuldeget. an ob men ene zu kampfe anespricht. des mach her wol weigeren zu antwordene. an uph der art da her uz geboren is. Spricht men ouch sin eigen an. da ne darph her nicht vore antworden. wen in deme lande da iz binnen gelegen is. Der koning sol ouch richten [*um eigen*] *nicht na des mannes rechte. wan des landes*" [2]).

1) Incertam Codices lectionem exhibent. Transposita voce „wan" cum lassbergiano exemplo legendum est: „Der kivnig sol ouch nivt rihten wan nach dez mannes rehte. er sol nivt rihten nach dez landes rehte. in dem lande er ist", non ut nunc: „nivt rihten nach des mannes rechte" et „nivt rihten wan nach dez landes rehte."

3) In juris Germaniae communis libro praeteriri quaestio non poterat, quemadmodum probationes defensionesque suscipiendae essent, ubi aliquis extra domicilii sui jurisdictionem vel agere vellet, vel reus fieret, quum ea de re quam maxime locorum consuetudines inter se

Ad verba: *„Jowelk man hat sin recht vor deme kuninge —“*:

Art. 129. *„Swen ein richtere virvestet —.“*

Art. 130. *„Swer in die achte wirt getan ane vestinge —“* [1]).

Caput 298. Auctorem probationis causa in litem vocare furti manifesti reo non licere. Illi vero apud quem furtum nec manifestum conceptum sit ter quadraginta noctium inducias concedendas esse ad judicio sistendum auctorem, quo litem suscipiente ipse furti criminis absolvendus sit.

Art. 131. *„Swer mit der hanthaften tad gevangen wirt mit dube oder mit roube. des ne mach her an nicheinen weren tzen. Vint aber eyn man sin gut under ymande. daz yme geroubit oder gestolen is. den er nicheinir hanthaften tad geschuldegen ne mach. der mut an sinen weren tzen. [ob men ene zu camphe da umme gruzit].“*

Caput 299. Ad capitis 298 verba: *„dez sol er im tag geben“*:

Si dies ad suscipiendum judiciarium certamen datus sit, interim mandetur adversariis ut pacem inter se teneant. De fracta pace si conqueratur, ea de re non novam judiciariam pugnam spondendam, sed

„Swene eyn man vor gerichte zu camphe veht. unde wirt de clage mit urtelen gevrist. so werket men ine beide vrede. unde wirt her gebrochen. men sol ene allererst bezzeren sunder kamph

differrent. Saxonicus autem scriptor jus tantum componere volebat, quod, exceptis municipiis, per totam Saxoniam similiter observaretur. Itaque capitum 296 et 297 argumenta aut omnino rejicienda fuissent, aut ibi dicta, sicut factum est, referri debebant ad supremam regis jurisdictionem, quae per Saxoniam quoque extendebatur; licet regiam jurisdictionem in juris communis libro tantum spectant quae sub capitis 297 finem leguntur. Mutatus igitur rerum tractatarum ordo in saxonico libro non fortuitus est, sed convenit mutato hujus libri consilio.

1) Alterum hic habes exemplum (ut supra p. 133 et 134 in nota) loci tantopere a primo saxonico scriptore corrupti (art. 122), ut saxonici libri recognitor iterum comparato bavarico libro eum male omissum, eamque ob causam, licet mutata sede, supplementi causa denuo inserendum esse crediderit.

aliis ex probationibus, ut supra dictum est, in pacis violatorem statuendum esse.

nach rechte. [Wirt aber die vredebrechere gevanget in der verschen tad. men richtet uber ene nach vredes rechte]" [1]).

„Swer den anderen sleit ane wunde oder roft. wirt her gevangen mit geruchte vor gerichte bracht. iz ne geit yme an den hals noch an sin gesunt. nicht dan wedde unde buthe virboret her da an."

. Caput 300. Testes non admittendos esse, qui a judice non evocati testimoniis dicendis se obtrudant, dum alii fide digniores haberi possint.

„Swer sech vor gerichte zu gethuge budet. ir her von gerichtes halben gevraget wert. nach rechte si her von deme thuge virlegit."

Caput 301. Ad capitis 298 verba: *„vinde ein man sin divbig gůt —":*

Non malefacere qui dispersa vicini pecora, usque ad alterum diem custodienda, domum abigeat. Pro fure autem haberi, qui pecus abactum intra custodiam suam habere negaverit. Nec praestiti officii ulla merces exigatur.

Art. 132. *„Die man ne misse dut nicht. ob her sinis geburis veh mit sineme indrift. unde des morgenes weder uztribit. deste her iz nicht virsache. unde nichene frucht da abe neme"* [2]).

Caput 302 lit. a, quo praecedens caput continuatur.

Nec malefacere, bonae fidei possessorem aut servum, qui ad dominum pertinere fundum credens alienam segetem metat. Monitum autem, alienum esse fundum, fructus

„Swer eynis anderen mannis riphe corn snit. so daz her wenit daz iz lant sin si. oder sinis herren deme her dienet. her ne missedut nicht. deste her iz

---

1) Errat saxonicus scriptor ad caput de pace servanda remittens, quum bavarici libri allegatio potius ad caput 266 referenda fuisset.

2) Melius in bavarico libro: „er sol ouch deheinen nvtz dar abe nemen", quod sensu supra exposito, minimeque de fructuum perceptione intelligendum est. Cur enim quis v. c. non mulgeat vicini vaccam custodiae causa in stabulum suum pro una tantum nocte, ut dictum est, receptam?

tollere non debere, sed laboris tantum mercedem exigere. Si autem suam faciat messem, fructus male fide perceptos restituendos operamque messis perditam esse.

nicht abe vure. men sol yme sinis arbeides lonen" [1]).

Caput 302 lit. b. Ante annum et diem unicuique possessori auctoris nominatione opus esse.

„Swaz die man iar unde tag in sinen rechten geweren nicht ne hat. da sol her [zu hant] vore antworden. ob men ine beclaget."

Caput 303. Ad caput praecedens.

Praegnans tamen vidua cedere defuncti mariti bonis non cogatur, priusquam enixa fuerit.

„Daz wiph sol men nicht virwisen uz ires mannis gude. alse her stirft. die da kint treit. ir se is genesin."

„Musteile unde morgengabe ne erft nichen wiph bi ires mannis libe. si ne habe se untfangen na ires mannes tode.

Daz wiph ne erft ouch nichen buw uph iren erben. daz uph irer lipgetzucht stat. se ne slizet abe bi irme libe. und setzet uph ir eigen. oder uph ir len.

Stirbt des mannes wiph. swelk ir nichtele ir rade nimt. de sol von der rade deme manne berichten sin bedde. also iz stunt. do sin wiph lebete. sinen disch mit eyneme dischlakene. sinen bank mit eyneme poll. sinen stul mit eyneme kussin" [2]).

Caput 304—307. De probationibus ad crediti causas pertinentibus.

---

1) Pessime hic bavarici loci verba: „ob her ginnert wirt. daz ez nivt sin ist" desiderantur, quae ob sensus integritatem deesse plane nequeunt.

2) Conf. jus mun. sax. art. 58.

Caput 304 lit. a. Debitores bonis unde solvant et fidejussoribus idoneis destitutos addici creditoribus, servorum instar habendos, et si ex re videatur in vinculis tenendos, aliis tamen cruciatibus non afficiendos, nec a debiti nexu liberari, si custodiam evaserint.

Art. 133. *„Swer schult vor gerichte vurderet uph eynen man. des her gelden nicht ne mag noch burgen setzen. der richtere sol yme den man antwarden vor daz gelt. den sol her halden glich sime ingesinde mit spise und mit arbeide. wel her ine spannen mit einir heldene. daz mach her dun. anderes ne sol her ine nicht pinen."*

Praestantes serviles operas satisfaciant creditoribus, nec hisce dimittere eos volentibus liberentur nexu, donec jurati promiserint, satisfacturos se esse creditoribus, quamprimum sibi bona, unde solvant, obvenerint.

„Liedet her ene oder untloufet her yme. da mede is her des geldes nicht ledich. die wile her yme nicht virgulden hat. [unde her des nicht vullenbringen kan]" [1]).

„Swene men vor gerichte beclagit. unde ene der richter zu rechter antworde budet. ne wel her nicht antworden noch mit rede untreden sech. daz her icht antworden solle. so teilet men ene weddehaftig. also dut men zu deme anderen. unde zu deme dritten male. unde ne antwordet her dann noch nicht. so is her virwunnen in der schult. geit yme aber die schult an sin liph. oder an sin gesunt. die mut die clegere selbe sebende bethugen." Cf. infra notam ad caput 305.

Lit. b. Extraneo creditori condemnetur quidem debitor,

1) Jurisjurandi, quod sub capite de probationibus inserendi hujus loci ansam dedit, nullam saxonicus scriptor mentionem fecit. Conf. ad h. l. jus munic. sax. art. 27.

sed ita, ut judex eum non duci extra jurisdictionis suae terminos jubeat; sed bona unde solvat non habens a judice custodiatur, simili adstringendus juramento, quo et alii debitores nexu liberari cupientes [1]).

Nec ob aes alienum in publica custodia aliquis ultra octiduum teneatur, nisi bona habeat, unde dolo malo satisfacere creditori nolit.

Bona, quae habere debitorem creditor probaverit, indicans ubi inveniantur, judex capiat, ut pignoris nomine creditori tradantur; si extra judiciariam potestatem ejusmodi bona a debitore teneantur, tamdiu judex eum in vinculis custodiat, quamdiu in solutionis causam convertere illa bona detrectet.

Si vero creditor nec indicare debitoris bona possit, nec testibus probare fraudationis causa dissimulatas debitorem facultates habere, elapso octiduo ex custodia quidem liberetur, sed bis quotannis interrogante creditore sub jurisjurandi religione profiteatur,

---

1) Hanc bavarici loci particulam, a juris saxonici provincialis auctore omissam, in suos usus convertit concinnator libri de jure municipali saxonico (art. 27 verbis: „is aver iene en gast —"). Bavaricum vero scriptorem a juris municipalis auctore, non hunc ab illo, adhibitum esse palam fiet ex his, quae notabo ad c. 308.

annon exceptis quae victui necessaria sunt bonorum aliquid habeat, quod plus triginta denariis valeat.

Jurans nexu liberatus et indiscussus maneat, nisi ejus professio refutetur probationibus a creditore allatis.

Lit. c. Si quis certae pecuniae condemnatus cautionem coram judice de ea solvenda exposuerit, extraneus creditor statuto solutionis die solis occasum expectet; tum si satisfactum ei non fuerit, statim et priusquam nox advenerit pignus capiat judex et creditori tradat, ut eandem rem vel ulterius pignori dando vel coram testibus distrahendo suum consequatur, hyperocham vero debitori restituat; si ex eo pignore plene satisfactum creditori non fuerit, quod sibi deest ex reliquis debitoris sui facultatibus auctoritate judicis obtineat; creditor autem in eodem loco quo debitor domicilium habens octidui inducias concedat; octavo autem die si

„Sweme icht gelden sol. die mut des warden. wante de sunne under geit [in sinis selbes huse oder in deme nahesten huse des richteres da daz gelt gewunnen is]" [1]).

1) Verba cancellis inclusa haud dubie addita sunt corrigendi bavarici libri causa in quo scriptum legitur: „Swem man vor gerihte gvlte wellet." Reliquam bavarici loci partem omisit saxonicus scriptor. Denique attentius bavaricum locum relegentem neminem fugiet unius scriptionis esse integrum hoc caput, quod saxonicus scriptor non nisi partim mancum partim additionibus minime ad rem pertinentibus amplificatum exhibet.

post solis occasum solutio nondum facta fuerit, postridie ante tertiam debitori auferatur pignus, et tradatur creditori, distrahendum, sicut supra de extraneo creditore dictum est.

Judex quotiescunque in judicati causa pignora capienda sunt mulctam a debitore accipiat.

Caput 305. Ad capitis 305 lit. c verba: „*Swem man vor gerichte gvlte wettet*":

Si certum coram ordinario judice condicatur ter in jus vocetur reus [1]).

Reus praesens et confessus aut condemnatus vel statim solvere jubeatur vel satisdare, datis pignoribus, priusquam discedat. Si pignora tradenda non habeat, fidejussores det, de pecunia intra octiduum solvenda. Si nec fidejussores inveniat custodiae mandetur, ut supra dictum est.

„*Swer phenninge oder silber gelden sol. budet her da wedde vor. her nis da mede nicht ledig. ir gelobede sta also*" [2]).

„*Men mut silber wol gelden mit boden. nicheineme boden ne sol men iz aber antwarden. her ne si bescheiden dazu vor ge-*

1) Materiem hic locus saxonico scriptori praebuit digressionis relatae in tabula synoptica ad caput praecedens.

2) Bavaricus liber refert antiquam judiciorum consuetudinem, qua cogebatur condemnatus vel reprehendere statim sententiam in se dictam, vel satisfacere victori, priusquam dimitteretur; de quo plura legas in libro a me edi coepto: System und Geschichte des franz. Civil-Proc.-Rechtes (Tom I, p. 79). Saxonicus plagiator, miratus de pignoribus dici, ubi solutionis quaestio suberat, simulque subsequentis capitis argumento deceptus, infelicissimo, quem saepius notavi, emendandi pruritu etiam hoc in loco se abripi passus est, genuinam sententiam depravans tritamque illi substituens regulam: solvendo, non pignora dando liberari debitorem.

richte. wan ieneme deme daz silber sol."

Caput 306. Ad praecedentis capitis locum: „*so soll er im sin gůt geben. oder wedden*":

Argenti aurive pondus certum qui daturum se spoponderit, argentum det purum, aurum quod haberi potest purissimum; nummi de quibus cautum est dentur quales in usu sunt ubi solvenda est pecunia debita; ex quocunque alio rerum debitarum genere, nisi secus cautum fuerit, res solutionis causa dentur, quae proxime optimas accedant.

„*So getane phenninge unde so getan silber alse der man lobit. daz sol her gelden yme. nis aber da nicht bescheiden ane. so sol men silber gelden unde phenninge. die ginge und geve sin*" [1]).

Antiqua patria consuetudo (quam refert bavarici libri caput 305), non dimittendi victum priusquam coram judice caverit victori se satisfacturum esse, dubitationem movit, an captivus recuperandae libertatis causa promittendo obligari possit. Quam ad rem pertinet longior illa digressio, in qua sequens locus versatur.

Caput 307. Cautiones, etiamsi sub jurisjurandi religione praestitas, minime obligare captivum, libertate sua non jure privatum, sed recuperata libertate ab ejus arbitrio pendere utrum stare promissis velit nec ne. Ex justa autem causa captum, qui nexu liberatus sisti se rursus velle caverit, non fallere datam fidem oportere, et quamcunque aliam rem libertate carens

„*Jewelkes gevangenen gelobede ne sol durch reht nicht stete sin. daz her binnen venknisse lobit* [2]). *Lezit men* [en] *aber ledich gan upphe sine truwe oder riden zu tage. her sol durch recht weder comen zu tage. unde sine truwe lesten. Gilt her oder wirt her ane gelt ledich. swelk orvede her lobit oder sweret. die sol her durch recht lesten. unde anderes*

---

1) Non animadvertens de solvenda auri argentive massa loqui bavaricum locum male correxit saxonicus scriptor: tales argenti nummos solvendos esse, quales stipulatus sit creditor, reliqua quibus absolvitur proposita quaestio de rebus in solutum dandis referre aspernatus.

2) Omittit hic saxonicus scriptor verba bavarici libri, quae ob sensum deesse nequeunt: „ob er ze vnrehte gevangen ist."

se praestiturum promiserit, etiamsi id jurato non factum sit, ejus praestandae obligationem recuperata libertate non ipso jure nullam fieri, sed ab ordinario judice rescindi oportere promissa injuste extorta; de interposito autem jurejurando promissor parochum suum consultet, ut supra scriptum est, capite de jurejurando [1]).

nichene lobede. daz her binnen venknisse gelobit" [2]).

Qui pro avertendo capitis aut bonorum periculo coactus juraverit, nisi stare promissis velit, ut rescindantur interpositae cautiones a laico judice impetrare posse; et si quod aliud damnum passus est, in duplum illi actionem in eum dari, qui metus causa vim adhibuit.

„Swaz die man swerit oder en truwen lobit sinen liph mede zu vristene oder sin gesunt. al ne mach her iz nicht gelesten. iz ne schadet yme zu sime rechte nicht."

„Swar men den man untruweleke veht. lezit her ene riten upphe sine truwe. der ene da gevangen hat. oder lazit her ene sweren. oder in truwen ime ander ding geloben. her ne darf iz nicht lesten. mach her volbringen uph den heiligen daz her en untruweleke zu dem lovede gedwungen habe" [3]).

---

1) Conf. c. 170 verbis: „So soll er zů sinem bischove varn. oder zů sinem livtpriester gen —."

2) En novum hic perversae emendationis specimen, ortum ex male neglectis bavarici libri verbis: „ob er in nivt vngetrivwelichen gevangen hat." Minime enim verum est cautiones captivorum omnes irritas fuisse, excepta duntaxat ea, qua de ultione ex judice non petenda promitti solebat, quum moris erat retinere unumquemque condemnatum donec judicatum solvi satisdederit.

3) Certissimum est, additionem exhiberi hoc loco, ex bavarici libri verbis: „lat aber er in lidig vf sine triwe —", huc translatam a lectore quodam, quem fugit, loco quem ex errore neglectum credebat, scienter aliam sententiam a primo saxonici libri auctore substitutam esse verbis: „lezit men [en] aber ledich gan upphe sine truwe oder riten u. s. w."

Ad verba: *„hat aber er in — ze vnrehte dar zů betwungen":* Negato judicis auxilio pro jure suo obtinendo privatam vim adhibere, et amicorum auxilio eam in rem uti licere.

Art. 134. *„Swelk man vor deme gerichte gelt vurderit uph eynen anderen. vregit iene. wa abe men iz yme schuldig si. her sol durch recht sprechen. weder her iz von gelobede schuldig si. oder von erbe daz her untfangen habe."*

Loco bavarici libri de irritis captivorum promissis lectorum aliquis subjunxit in exemplo suo celeberrimum illum excursum de servitutis origine, qui similiter fere legitur tam in saxonico libro quam in jure municipali saxonico. Priusquam de ejus fonte aperiam sensus meos, lectorum oculis commodum erit subjici integram hanc particulam, apposita juris municipalis saxonici lectione ex illo berolinensi exemplo, quod, scriptum anno ut videtur 1369, uno codice juncta exhibet jura ministerialium magdeburgensium, jurisjurandi a judaeis hominibus praestandi formam, speculum saxonicum integrum, jus municipale et judiciarii ordinis normam (Ms. Germ. fol. 10).

Caput 308, inquirens in servitutis origines.

a. „Got hat den menschen nach im selben gebildet. dez sol ouch im der mensche gnade und danck sagen. er hat ouch den menschen mit siner marter von ewigen tode erloeset. dez sol im der mensche grozlich lob und gnade sagen. got der gert von uns nivt wan rehtes lebens. da mit haben wir im gedanket aller siner arbeit. an rehtem

Art. 136. „Got hat den man nach yme selben gebildet.

— unde hat ene mit siner martere irlediget. [den einen also den anderen. yme ist der arme alse lieph alse der riche].

gelovben vnde an rehtem lebenne gewinnen wir daz ewige riche [1]).

b. [Nv lant ivch nivt wunderen. daz diz buoch so livtzel seit. von der dienest livte rehte. wan si sint so menigvalt. daz ir nieman an ein ende komen mag. vnder iegelichem bischove vnde abbete vnde ebbetischinnen die gefivrstet sint. der dienestmann hant svnderlichiv reht. vnder den leigen fivrsten hant si ouch svnder recht. da von mag man ir aller reht nvt wol vnderscheiden. wan iegeliche haben ir reht alse im sin herschaft gebe. des riches dienest man hant ouch svnder reht] [2]).

Nu ne lazet uch nicht wunderen. daz diz buch so luzzel sagit von dienstlute rechte. went iz ist so mannicvolt. daz iz nieman zu ende comen ne can. Under iewelcheme bischopphe unde ebbede unde ebtischen haben die dienstlute sunderlich recht. da umme ne can ich iz nicht bescheiden.

Art. II. „Nu vind man ok bescreven in den alden bueken. of en volk deme anderen enen gislen vor penninge settet oder vmme andere gelovede. vnn of sik die gisle nicht en losede. so solde man yne to dienste halden.

c. Ir sunt wissen daz nieman dienest man haben mag mit rehte. wan daz riche vnd die fivrsten. swer anders giht. er habe dienest man. der seit vn-

1) Nemo non statim hisce verbis agnoscet florilegium ex bavarici libri prooemio, scripto ad imitationem et partim ipsissimis verbis Bertholdi ratisbonensis. Saxonicus scriptor ex istis floribus nihil fere exceptis caulibus suum fecit.

2) Locus repetitus ex paragrapho primo capitis 158.

rehte. si sint alle ir eigen die si hant. ane die ich vor genennet han. Ein iegeliches gotes hus mag wol eigen livte han.

d. [Alle dienest livte heizzent mit rehte eigen livte[1]. wen eret si mit disem namen dar vmbe. daz si der fvirsten eigen sint.]

Dit screif man an den recht bueken. dat disse luede von suevescheme rechte heten[2].

Dit is doch to male vnrecht. went oft en man deme anderen dorch not enen gislen settet. it si vmme venknisse oder vmme dotslag oder vmme penninge. vnn of he yn nicht en ledeget. die gisle solde wesen vnschueldich an dissen dingen.

*Ez mag mit rehte nieman eigen livte haben. wan div goteshivser. vnd daz riche. vnd die fivrsten. vnd die vrien herren. vnde mitel vrien. Swer dienest man ist der mag mit rehte nivt eigen livte han. vnd hat er livte die er im ze eigen seit. die sint sines gotes huses dez er ist[3].

e. Do man erst reht satzte. do waren die livte alle vri. Do vnser vordren har zelande ka-

Do men och erst recht satzte. [do ne was nichen dienstman unde] do waren alle lute vri. do unse

1) Alia exempla (ut similiter c. 68) addunt: „an der shrift."

2) Supplendo corrige „egen heten", quod et sensus postulat et bavarici libri locus supra e regione positus confirmat. Recentioris originis exempla scripta cum editionibus typis exscriptis hanc juris alemannici disertam mentionem suppresserunt.

3) Locus asterisco praenotatus ad verba fere repetitus est ex bavarici libri capite 68 lit. c.

men. in der alten è vinden wir nivt daz ieman dez anderen eigen si.	vorderen here zu lande quamen. [An minen sinnen ne can ich och des nicht uph genemen]. daz ieman des anderen soll sin. [ouch ne haben wir des nichen orekunde].	
f. Doch sagent svemeliche livte. die der warheit irre gant. daz sich eigenschaft hvebe an kaym. do er sinen brvoder abeln sluog. dez is nivt. wan kayms geslehte wart vertilget. do die welt von wazzer zergieng. vnd were do ieman eigen gewesen. der were doch tot. wan eht nieman beleip lebendig. wan Noe vnde sine svene. vnde iriv wip. die waren nivt eigen.	Doch sprechen sumliche lute die der warheit irre varet. daz sec eigenschapf irhuve an Cayne. der sinen bruder irslug. Caynes geslechte wart virdelgit. do die werlt mit wazzere zu gink.	Spreken ok menge luede. dat sik egenscap erst erhove an Kayne. die sinen bruder ersluch. das is doch nicht. wenne Kaynes geslechte wart gedelget. do die werlt mit watere toging.
g. Ein ander man sect. wie Noe siner sivne einen dem andren ze eigen gebe. Div eigenschaft zergieng ouch sit. alse wir ivch har nach wol bescheiden[1]). (Cf. infr. lit. m.)	Och sprechen sumliche lute. iz queme eigenschaph von Cam. Noes sone. Noe segende zwene sine sone. an deme dritten ne tu wuch her eigenschaph. Cam beslechte Affricam	So segen aver andere luede. dat egenscap si von Kamme. noes sone. des nis ok nicht. went von Kammes geslechte mannig koning komen is. vnn edele manne. wen von den anderen twen

1) Berthold (übers. v. Goebel I, p. 296): „— du sollst ehren vater und mutter. — Du sollst irer auch nicht spotten; denn davon haben wir der groessten gebresten eines, der in der welt ist. [denn] da herr Noe seiner soehne einen dem andern zu einem unterthanen gab, das that er darum, weil er sein gespottet hatte" (Conf. Ausg. v. Klink, p. 75). Vulgatissima apud jureconsultos haec opinio erat, quam, Bertholdum respiciens, reprobat loci in bavaricum librum recepti auctor, ob argumenta ex sacris scripturis potissimum hausta inter theologos referendus. Similiter enim servitutis originem a Noa repetit scriptor libri, ut fertur, mandante rege David, Scotorum in usum concepti, cui ab ejus exordii verbis „Regiam majestatem" inscribi solet. Ibi enim (§. 4. lib. II, c. 14) legitur: „Servitus autem sumsit originem ab ebrietate Noae" (Houard II, p. 101).

	mit sime geslechte. Seth bleif in Asya. Jafeth unse vordere besatzte Europam. Sus ne bleib ir nichein des anderen.	si. went an der vorsten sone mach nen eigenheit sin [1]).
h. Ouch sagent svmeliche livte. sich huebe eigenschaft an ysmahele. der dirnvn son. daz ist ouch war. wan in hatte abraham bi siner dirnen kebeslichen. dar vmbe waz er niemans eigen [2]).	So sprechen sumliche lute eigenschaph queme von Ysmahele der dirnen son. anders ne ludet se nicheiner eigenschaph um ene [3]).	
i. So sagent svmeliche livte. daz eigenschaft keme von esav. dar vmbe daz er sinen bruoder Jacob den segen gab ze kovffenc vmbe ein rotes muos. Wan esav den segen ze rehte solte han. do was ir beider muoter Jacobe vil lieber denne esav. vnd da von fuogte si daz Jacobe der segen wart. vnd davon sprechent svmeliche livte. daz Jacob der segen wart. da von weren siniv geschwistride sin eigen. daz en ist nivt.	So sprechen sumliche lute iz queme von Esau. Jacob wart gesegenet von sinen vatere unde hiez ine herre wesen boben sine brudere. Esau ne virvlukede her nicht. noc eigenschaph ne gewuch her nicht.	Nv secgen ok andere lude. de ok irvaren sint in den bueken. dat egenscap si komen von esau. Des nis doch nicht. Jacob die untvieng den segen von sinen vadere. esau ne vorvlukede he nicht. noch nene egenscap ne wuch he an eme.
k. Noch vinden wir in der alten é geschriben. daz nieman dez anderen si.		

1) Vacillat in sacrarum scripturarum memoria uterque saxonicus scriptor, non recordatus quae tradidit Moyses (I. 9, v. 24, 25): „Als nun Noa erwachte von seinem wein, und erfuhr was ihm sein kleiner sohn gethan hatte, sprach er: verflucht sey Canaan, und sey ein knecht aller knechte unter seinen bruedern."

2) Conf. Michaelis mosaisches Recht, 2. Ausg. Bd. 2, p. 85.

3) Latinus interpres: „scriptura siquidem ancillae filium, non servum alicujus nominavit."

l. Wir vinden ovch in vnserem lantrehte. daz sich nieman ze eigen gegeben mag. ez widersprechent sine magen wol mit rehte. (Cf. c. 292.)	Wir haben och noch in unseme rehte. daz nieman sich selbe zu eigen gegeben ne mag[1]).
m. Wir haben vrkivndes noch me.	Och haben wir orkondes mer.
Got geschuof in sehs tagen den himel vnd die erde. vnde alles daz in himel vnd vf erde ist.	
Dar nach ruowete er den sibenden tag.	Got rowede den sebenden tach.
Die sibende wochen gebot er ouch zebehaltenne.	De sebende woche bot her ouch zu haldene. alse her den iuden die eh gab [unde uns den heiligen geist].
Vnd daz siebende iar daz hiez daz loesvnge iar. do solte man lidig vnde vri lan alle die gevangen warn vnde in eigenschaft gezogen warn[2]). an dem fivnfzegosten iare so daz kam. daz hiez daz froeden iar. so mvose aller menge-	[Den sebenden manit gebot er ouch zu haldene][3]) unde daz sebende iar. daz hiez daz iar der losunge. so solde men ledig lazen unde vri alle die gewangen waren und in eigenschaph getzogen waren [mit also getaneme rechte alse men

1) Negligentius bavaricum locum exhibens immemor hic saxonicus scriptor eorum est, quae ipse dixerat sub art. 137 finem.

2) Conf. 2. Mos. 21, v. 2—6; 5. Mos. 5, v. 12—18 u. Michaelis Bd. 2, p. 383.

3) Quemadmodum saxonicus scriptor supinam suam rerum ignorantiam manifestius prodere turpiusque in emendandi bavarici libri conatu labi potuisset quam ipso hoc loco, difficile dictu erit. Quum enim loci in bavaricum librum recepti auctor perperam inter sacra Hebraeorum tempora septimam hebdomaden retulisset, deceptus eo, quod septenne spatium annorum quoque hebdomas dici consuevit, ad verae hebdomadis similitudinem, quae totidem diebus constat, hunc utut gravem errorem plagiator non correxit sed auxit, festis Hebraeorum temporibus de sua inventione septimum unumquemque mensem adjiciens, ne desideraretur mensis inter hebdomaden et annum computari solitus.

lich lidich vnde vri sin. er woelte oder er en woelte[1]). so waz aber nieman eigen.

se vienk]. ob se ludich oder vri wolden wesen. Uber seben warve sebene quam daz fumtegizte iar. daz hiez daz iar der freuden. so muste alremanlec ledich unde vri wesen. her wolde oder her ne wolde.

n. Ouch gab vns got vrkivndes me an einem phenninge da in die ivden mit versuochten. ob er vnd sine ivngeren dem keiser von ir libe zins solten geben. Do sprach vnser herre iesus xpc. also. zeigent mir des keisers phenning. die iuden taten daz. Do sprach iesus. lant den keiser sines bildes walten. vnde gotes bilde gebent gote.

Ouch gab uns got orkundes me. an eyneme phenninge da men ine mede besochte. do her sprach. gebit deme keisere daz yme gebore. unde gebit Gotde daz yme gebore.

Daz meinde vnser herre also. daz div sele got angehoeret. von dem libe vnd dem guote svln wir den herren dienen. Da von sprach iesus von sinem gesinde. dem roemeschen keiser git man den einen phenning ze zinse. damit machet er nieman eigen. wir svln den herren darvmbe dienen. daz si vns beschirmen. unde beschirmen si vns nivt. so sin wir in nivt dienestes schuldich nach rehte.

Dabi is uns bekannt von Gotdes worden. dat die mensche Gotdes erbegenoz sol wesen. unde swer ine anderes ymene zuseget wan gotte. daz her weder Gotte dut."

o. Von rehter vorhte so hat sich eigenschaft erhaben vnd von twanc-

[Man vindet ok bescreven in den alden recht bueken. dat de irste ko-

1) Conf. 3. Mos. 25, v. 39—42; Michaelis l. c. p. 385.

sal vnde von vangnivsse vnde von mengem vnrehte gewalte. den die herren von alter har in vnrehte gewonheit gezogen hant. [vnd die herren hant daz fivr reht]. Nv ist in geseit daz wir in der heiligen geschrift nivt vinden. daz iemant dez andren eigen si oder svllen sin mit rehte. Nv habent ez die herren mit gewonheit dar zvo braht. daz si es mit rehte wellent han"[1]).

ning nemrod von babylonie begonde erst die luede to vande. vnde to dwingende. Dat ne was von neme rechte. svnder von vnrechter gewalt]. Wen von rechter warheit so hevet egenscap begyn von dwange. vn von vengnisse. Dat hebben die alden vorsten vnn die vrien heren von aldere in ene vnrechte wonheit getogen. vnn willen dat nv vor ein recht hebben. Dat is allit vor gode vnrecht.

p. Wente got den menschen selven gescapen het eme selven to en liknisse nach sines selven bilde. vn mit sinem egenen blude geledeget vnn vrî gemaket hevet. wo mochte denne ymant so grote ledegunge vnn so grote vrîheit weder to egenscap gemaken.

q. Men vindet ok bescreven in den alden recht bueken. dat sik nen mensche vor gerichte to egene gegeven mach. it ne wederspreke sin erve wol. Wo mochte do noe oder ysaac enen anderen to egen gegeven. sint sik selven neman to egen gegeven mach."

Enucleatis jam singulis horum locorum diversitatibus de ratione, quae intercessit bavarici libri auctorem et saxonicos

1) Sententiam hanc, in quam bavarici scriptoris disceptatio concluditur, in saxonico demum speculo (III, art. 42) ex iterum collato fonte supplevit quidam librarius.

duos scriptores vix ulla dubitatio relinquitur. Ad capitis enim 307 verba: „daz er in vangnivsse tůt. ob er ze vnrehte gevangen ist", ob argumenti similitudinem maximeque motus verbis: „von rehter vorhte so hat sich eigenschaft erhaben vnde von twangsal vnde von vangnisse vnde von mengem vnrehten gewalte", lectorum aliquis subjunxisse aut adscripsisse videtur caput 308, conceptum ad amplificanda verba capitis 68: „wir han daz von der script. daz nieman svl eigen sin. doch ist ez also dar komen von gewalte vnd von twancsal etc."

Ex margine autem capitis 68 ad locum, ubi nunc legitur, translatum oportet esse caput 308 eo tempore quo separatis adhuc voluminibus continebantur bavaricae collectionis pars prior et commentarius in Caroli magni constitutiones apud Theodonis villam editas.

Uterque saxonicus scriptor locum de servitutis origine ex ipso bavarico libro hausit.

Juris municipalis saxonici recognitor, cui hodierna hujus libri forma debetur, quemque priores articulos addidisse probabile est, aperte id indicat, allegans et refutare conatus locum: „alle dienest livte heizzent mit rehte eigen livte." Neuter saxonicus scriptor integrum bavaricum locum exhibet, sed eorum unusquisque pro animi sui sententia delectum inde fecit, juris municipalis saxonici scriptor argumentorum quoque ordine transposito, saxonici juris provincialis auctor vero ut instituto operi suo conveniebat, per singulas sententias bavarici libri vestigia secutus. Solus bavaricus scriptor plene propositam sibi quaestionem consummavit, scilicet ut per temporum ordinem progressus monstraret, servitutem tam ex veteris quam ex novi testamenti lege injustam esse. Neuter saxonicus scriptor ex omni parte hoc idem probationis munus explevit, sed eorum uterque in eadem orta ex bavarico loco difficultate haerens diverso modo expedire eam tentavit. Bavaricus nempe scriptor, sacrarum scripturarum bene gnarus, minime negavit Noen filiorum suorum unum contumeliose in se agentem ejus fratribus in servitium dedisse, sed eam servitutem addit ad nostram aetatem venire non potuisse, quum postea dissoluta fuisset, de quo se infra dicturum esse pollicitus est.

Jam vero quum in tota proposita quaestione nulla amplius expressa filiorum Noae mentio inveniretur, unus saxonicus scriptor, ut refelleret opinionem a Noae filio servitutem originem sumsisse, illustrem progeniem ex illo filio ortam in memoriam revocat, alter observat in diversas orbis partes Noae filios eorumque posteritatem abiisse. Sed neuter horum scriptorum sensit idcirco ex bavarici scriptoris mente servitutem ad nostram aetatem venire non potuisse, quod expresse significatur ex mosaica lege quinquagesimo quoque anno omnes servos, tam volentes quam nolentes, liberis suis natalibus restitutos esse.

Causam cur ab Ismaele servitus òrta non sit, ex mosaicae legis mente rectissime bavaricus scriptor eam affert, quod ejus mater ex ancilla in uxoris, licet sequioris, locum provecta fuerit („wan in hatte Abraham — kebeslichen"). Juris municipalis scriptor hanc indicatam magis quam expressam causam non perspiciens tacendo philosophus mansit; juris vero provincialis concinnator, ingenii viribus ut ejus mos est plus aequo confisus, testimoniis fide dignis asserit destitutos esse, qui ab Ismaele servitutem repetant, non erubescens ad scrutanda historiae monumenta invitasse, quae tamen an ipse unquam attigerit merito dubitatur.

Superest ut moneam juris provincialis scriptorem veri simile esse non bavaricum tantum librum prae oculis habuisse, sed in subsidium quoque juris municipalis librum vocasse. Id nisi alias ob causas certum esset, in nostro jam loco indicaret sententia ad juris municipalis verba fere expressa: „Esau ne virvlukede her nicht. noc eigenscap ne gewuch her nicht."

Loco deinceps de vi non adhibenda, cohaeret:

Caput 309. Tam actori quam judici poenae nomine condemnandum esse, qui bonorum vi raptorum convictus fuerit; nullam vero poenam pati, qui consentiente domino rem alienam occupaverit [1]).

Art. 138. *„Swes sech die man underwint mit unrechte. daz yme mit rechte abgewunnen wirt. her mut iz mit bute lazen. Swes her sich aber underwint mit ienes willen dez es da ist.* [*oder daz*

1) Legendum esse „mit vnrehte", non „mit rehte" ut in lassbergiano exemplo, indicat francogallica quoque versio (Le miroir de Suabe; publ. par Mathile, folio LIII verso col. 2, v. 2) „sanz connessance de droit."

her yme liet oder ze borge tud. ne gilt her iz nicht. oder ne dut her iz nicht zu bescheidenen tagen. her blibit iz ane wandel. her ne habe id vor gerichte gelobit]" [1]).

Sequentium saxonici libri locorum:

Art. 139. „*Tzo Babilonie irhub sich daz riche* —";

Art. 140. „*Unsere vorderen die her ze lande quamen unde die thuringe virtreben* —."

prior articulus in compendium redactus est ex juris municipalis saxonici prooemio, alter haustus ex antiquis annalium libris, praecipue ex chronicorum libro, Bothonis seu picturatum chronicon vocari solito (iterum publicato in Leibnitzii scriptorum brunsvicensium tomo tertio, p. 279).

Capitis 309 verbis: „daz sol er dem clager vnd dem rihter buezzen", recentior quaedam manus adjecit:

Caput 310, de mulctis quibus injuriae pro varia personarum dignatione olim luendae erant.

Art. 141. „*Nu vernement aller lude wergelt unde bute* —."

Art. 142. „*Paphen kindere unde die unecht geboren sin* —" [2]).

---

1) Aperte argumento a contrario deducto hic decipitur saxonicus scriptor. Quidni enim mulctam incurrisset reus, ob fidem in restituendis rebus creditis laesam, etiamsi nulla in eum casum poena promissa fuerit, quum abunde notum est, in quacunque causa victum tam victori quam judici in pecuniariam poenam olim condemnandum fuisse, quae poena dari consuevit ut victus tam adversarium quam judicem ob causae gerendae taedium et litium expensas, quarum nulla alia tunc temporis ratio habebatur, indemnes praestaret.

2) Apertis verbis auctor hujus ad bavaricum librum adnotationis significavit se nonnisi notitiae causa in memoriam hic revocare velle, quibus olim pecuniariis poenis illatae injuriae luendae fuissent: „Nv vernement die alten bůzze. die die kivnige bi den alten ziten vmbe [ita enim, non „*vnde*" legendum est] allerhande livte gesetzet hant. man gap do einem geburen — einem tagewerchten etc."

Continuatur commentariolus de probationibus et praesumtionibus, cui inserendo occasionem dederat Ansegisi caput de perjuriis, sequentibus in locis.

Antiquae autem consuetudinis mutationes memineris jam supra exhibitas esse capitibus 111 et 176. Saxonicus scriptor, minime indicans ad jus antiquum referenda tantum esse quae sequerentur, ingenio suo indulsit, partim ex bavarico libro partim ex opinionum commentis aliunde perceptis perplurima in medium proferens, quae verae vetustioris consuetudinis gnari non invidebunt jocose dictorum curiosis. Singula hoc loco expendere, ut ostenderem quam sint ea futilia quamque a vero illius temporis usu abhorrentia longum foret.

Monuisse tamen juvabit bavaricum locum, ut pleraque eorum quae posterior quaedam manus margini olim adsperserat, prodere scriptorem, cui Bertholdus ratisbonensis in deliciis erat. Verbis enim: „Spillivten vnde allen den die gůt fivr ere nement vnd die sich ze eigen hant ergeben", manifestissime conveniunt verba celeberrimi illius sermonis de decem tam angelorum quam hominum choris: „denn der zehnte chor ist ganz von uns gefallen und abtrünnig worden, das sind die possenreisser (guempeler), geiger und tambourinschlaeger, und wie sie alle heissen die gut für ehre nemen" (Goebel I, S. 169). Expunxit haec verba saxonicus scriptor, sicce, ut sibi mos est, referens: „Spelluten und allen den, die sich ze eigene geben" (art. 142).

Operariis hominibus saxonicus scriptor praeter injuriarum aestimationem ex bavarico libro relatam tribuit prodigiosam illam corporis aestimationem, in qua explicanda perpetuae commentationis auctor se talpa coeciorem exhibuit. Cujus enim non oculos incurrat, mulctam cui solvendae nullius, nec ditissimi hominis opes suffecissent, non aliam ob causam in proverbium abiisse, quam quod homines colendis agris operam dantes ex imperii legibus perpetuae pacis protectione gaudebant, ita ut homicidia in eos commissa capitis tantum poena, non mulctis, vindicarentur. Saxonici autem speculi interpres serio illam regulam propositam existimans perdidit operam, hanc enucleare ejus rationem conatus: „Syn weregelt is ein barch vul weiten. Hir merke wat sunderkes. dat dy dagewrechte schnoder is an anbachte unn an eren wan dey late sy. deme geft men mer weregeldes wan men em důt. (Dat he snoder wan ein late sy, dat hestu supra art. XLIV i. f.). Dit were dar wedder. dat men dat na der bort geven scolde (l. II, art. 16 §. 4). Mer secge. it is nicht dar wedder. wan da steit nicht dat man dat wergelt nach der bort geve. mer dar steit dat man darna bute geven schole. wen met bute bettert men einen man solven. vnn mit dem were-

Caput 311. Qui vim feminae intulerit, etiamsi pessimae illa famae fuerit, talem in modum puniendum esse: qui virginem oppresserit eum viventem sepeliendum esse, gladii autem poenam pati, qui mulieri non virgini vim intulerit [1]).

Virginem accipi, quam probatum non fuerit, priusquam vim pateretur rem cum viro quodam habuisse [2]). Pro virgine autem non haberi, quae vel trium testium dictis convicta fuerit, ipsam de viri consortio confessam esse, vel quacum semettertius aliquis se rem habuisse juraverit [3]).

---

gelde betert men den. den he besteit. Wan den desse synes heren was. vnn em nutter wan ein ander eigen was. dorch seines steden arbeides wille. so gelt men en nicht na syner snodicheit willen. sondern man gelt en na der heren schade. der em dar ave geschach. *ff. ad leg. Aquil. l. proinde §. si servum occidisti* (l. 22. pr. ad. leg. Aq.) etc." Contrariam in partem errat vir nostrae aetatis doctus (Grimm Rechtsalterthümer, p. 670) existimans tam immodicam rusticorum aestimationem non ut exigeretur propositam fuisse, sed contumeliae causa, ut derideretur, qui ob vilem rustici hominis personam exigere aliquam aestimationem vellet.

1) Ita construe bavaricum locum: „Swer maget oder wip notzoget, swie boese si sint, men sol vber in rihten alse: ob si maget ist, wen sol in lebendig begraben, ist si ein wip, wen sol in enthoubten."

2) Emenda in lassbergiano exemplo: „Wie man daz beweren sole daz si nivt maget si gewesen? wen sol ir manne deheinen beweren. daz ist also gesprochen: [vnde] hat sie veriechen daz sie man gehaben habe etc.", addita particula „nivt" et deleta particula „vnde".

3) In corruptissimo hoc loco expungas male iterata verba, quae uncis inclusa subjiciam, legens: „vnde giht ein man. er si bi ir gelegen [so ist si nivt maget] vnde sweret dez selbe dritte daz si nivt maget si gewesen [vnde swer dar gat vnde selbe

Ad verba: *„swie boese si sint"*:

Stupri violenti reum non haberi, qui amicae, quacum sibi consuetudo erat, vim intulerit.

„[An varendeme wibe vnde] an sinir amyen [supple: *ne*] *mach die man not* [*ne*] *dun unde sin liph virwerken. ob her se an iren dank belegit"* [1]).

Caput 312. Quid statuendum sit de vulneribus in turba datis.

Dati vulneris poenam pati, quem inflixisse illud vulnus constiterit, eos vero, qui turbae adfuerunt, absolvendos esse, nisi et ipsi plagas ictusve dedissent, aut constrictum tenuissent vulneratum. Denique qui cum telo parato in ea turba fuissent, eam ipsam ob causam afficiendos esse mulcta, cujus una pars judici, altera laeso competat [2]).

„Um eyne wunden ne mach men nicht wan eynen man beclagen. doch mach men rades unde hulphe me lude schuldegen."

---

dritte beredet. daz sie nivt maget si gewesen]. daz sol man gelouben vnde sol der rihter nach der beredunge rihten."

1) Quis non sentiat verba „an varendeme wibe" a saxonico scriptore adjecta tantum esse, ut ex sua mente corrigeret bavaricum scriptorem, qui rectissime significaverat, in meretricem quoque, excepta tantum concubinae loco habita, stuprum violentum committi posse, verbis: „swi boese si sint." Ex bavarico autem loco, cui proposita exceptio cohaeret, saxonicus scriptor ipsam hanc exceptionem eamque amplificatam operi suo inserens, motam vero quaestionem de perditae virginitatis probatione negligens, nihil suum fecit praeter stupri violenti mentionem, interjectam ubi sermo est de injuriis commissis in personas infamia notatas. „Ane wergelt sin unechte lute. doch swer ir eynen gewundet. oder roubit. oder todit. oder unechte wiph nodegit — men sol och ine richten nach vredes rechte."

2) Bavarici libri speciem, ex qua non nisi tenuem quandam regulam saxonicus epitomator sibi formavit, ex rerum judicatarum commentario quodam fluxisse, et vel ipsum judicem vel judicis assessorem quen-

Caput 313. Haereticae pravitatis examen non laici judicis esse, sed ad ecclesiasticam jurisdictionem pertinere.

In convictos autem animadverti a laico judice.

Quaenam summo pontifici jurisdictio in principes ipsumque regem competat, praecipue in fidei christianae causis, illustratur exemplis Childerici regis („Lescandi"), regno destituti a Zacharia papa, et imperatoris Ottonis, similiter regno privati ab Innocentio, summo pontifice, hujus nominis tertio[1]).

XLVI.

Hucusque tantum continuati bavarici libri auctor pedissequum habet saxonicae epitomes scriptorem: Quae in saxonici libri quedlinburgensi exemplo deinceps ad finem usque leguntur supplementa sunt, hausta ex illis bavarici libri particulis, quas supra indicavi a primo saxonico scriptore idcirco rejectas esse, quod a scribendi consilio suo longius abhorrere sibi viderentur.

---

dam auctorem habuisse indicant verba: „Doch setzen wir nivt hoeher bůzze danne ein phunt der lant phennige. etwa (i. e. in aliis jurisdictionibus) git man minre. daz ist ovch gůt."

1) Corruptissimus in exemplo lassbergiano hujus capitis locus: „Swer einen man rveget etc.", eodem omissionis vitio laborans legitur in francogallica versione verbis: „Se un hons accuse un autre et dit quil est vaudois ou periur ou autre vice, do quoi il doit perdre tote sonour, se il ne puet prover, quant il ny ha roys por ce ne se change doit, per une loy qui dit: Dum imperium vacat." Facile autem perspicitur verba: „so nivt kivniges ist. so ist doch reht diz", non ad praecedentem sententiam „Swer einen man rueget" pertinere, sed male huc transposita esse ex margine loci: „diz sol der babest kivndigen sinem kivnige vnde allen weltlichen richtern."

Priusquam vero ad fontes suos ista supplementa revocentur, paucis hic ostendendum est, quemadmodum reliqua bavarici libri capita tertio Ansegisi libro, seu mavis, Caroli magni constitutionibus, apud Theodonis villam editis, conveniant.

Ad Ansegisi caput de perjuriis praeter loca superius jam relata pertinent:

Caput 314. Irritas esse alienationes in creditorum fraudem (ze fluhtsal) factas. In jus vocatum ob alienationem rerum ut fraudentur creditores factam absolvendum esse, si juraverit, nullius se fraudis conscium fuisse, quum res illas traditas acciperet; teneri autem rem alienatam creditori, qui trium testium dictis probet, eam in suam fraudem alienatam esse. Denique si residua apud emtorem pretii pars sit, ad consequendam eam in venditoris creditorem actionem transferendam esse.

Caput 315—317. De probationibus in furti causa vel ab actore, vel ab eo apud quem inventa est res furtiva suscipiendis [1]).

Caput 318. Nota ad subsequentis capitis verba: „vnde wirt ein kint geborn."

Partum ancillae, cui praegnanti dominus libertatem se daturum fore significaverat, liberum nasci; sed et ipsam matrem si dominus nondum celebrata ejus manumissione obierit protinus libertatem nancisci.

Caput 319—321. De his quibus accusare et testimonia accusationis causa ferre liceat vel non [2]).

Caput 322. Ad capitis 320 verbum: „vberhůr."

Adulterii instar haberi, si christianus homo et judaeus fornicentur. Hujus criminis convictos junctim cratibus imponendos et ignibus cremandos esse.

---

1) Intentius rimantem non latebit notas praepostere insertas continere:

Caput 315 de eo qui aliquem in vincula conjecit ad capitis 316 verba: „swa man einen man — begriffet";

Caput 316 de deprehensis in recens commisso crimine ad subsequentis capitis verba: „den mag man deheiner hantgetat geschuldegen."

2) Excipiuntur: 1. qui ex ingenua foemina et servo nascuntur (c. 319), quum servilem patris conditionem sequantur; 2. extraneae personae in adulterii causa (c. 320). Familiaria autem testimonia admittuntur tam in adulterii quam in veneficii crimine.

XLVII.

Ad locum de probationibus praeteriri commode non poterant donationes in ecclesias collatae, de quibus uberius agitur antiquae legis Alamannorum titulo primo. Ea est causa cur inserta hic legantur capita plura quae antiquae Alamannorum legis titulis quinque prioribus accuratissime conveniunt.

Lex Alamannorum.

I. De liberis, qui res suas ad ecclesias Dei tradunt.

II. De liberis, qui res suas ad ecclesiam tradunt et in beneficium sub usufructuario accipiant.

Caput 323. De donationibus in ecclesias collatis instrumenta publicam fidem habentia conficienda esse.

Caput 324. Ad praecedentis capitis verba: „— ist daz ein vrier man sich an ein gotteshus wil gen. daz mag in ouch nieman erwenden wan sine erben."

Patri adquisitam censeri maternam hereditatem partus, quem defunctam in puerperio matrem aliquantulum supervixisse ex ejus gemitu constiterit [1]).

Caput 325. Deficientibus filiis in paterna hereditate praeferri filiam quae aequalis secum dignitatis marito nupserit prae illa quae inferioris conditionis maritum acceperit [2]).

Particulam titulis Alamannorum legis prioribus convenientem nonnulla intercipiunt capita, collecta ex margine praecedentium capitum, et inepte huc translata.

Videntur enim referenda esse:

Caput 326 ad caput 312 de structis insidiis;

Caput 327 ad capitis 317 verba: „dez es da ist der sol sin guot wol anvangen mit dez richters vrlobe. mag er den rihter gehaben oder sinen boten daz ist guot. mag er daz nivt. er vellet ez ane daz an";

Caput 328 ad ejusdem capitis verba: „so sol er sprechen. ich wil mit ivch fivr den rihter varn — vnd wil iv reht bieten —."

Ex Alamannorum lege tunc sequuntur tituli:

III. De liberis et servis qui ad ecclesiam fugiunt.

Caput 326. „Alse ein mensche iht getuot vnde flivhet ez in eine kilchvn —."

---

1) Locus haustus ex ejusdem legis titulo 92.

2) Ex Alamannorum legis titulo 57.

IV. De liberis qui infra januas ecclesiae interfecti fuerint.

Caput 330. „Swer ein mensche in der kilchen zu tode sleht oder an der kilchtivr —."

V. De raptoribus qui de ecclesiis aliquid vi abstraxerint.

Caput 331. „Swer in kilchen iht stilet oder roubit —."

XLVIII.

Ad tractatum de probationibus, collectis ex Alamannorum lege locis interruptum, deinceps pertinet:

Caput 332 ubi quaeritur quemadmodum convincendus sit, qui rem furtivam exhibere perquirenti domino noluerit.

Huic de rebus furtivis loco recentior quaedam manus ob argumenti similitudinem inseruit posteriores legis Bajuariorum titulos, quos sequens tabula ostendit, prudenter a primo bavarici libri auctore neglectos, quum jus eos provinciale potius quam commune exhibere ideoque a proposito suo alienos esse recte cognoverit.

Recentioris manus supplementa ex antiqua Bajuariorum lege hausta.

XIX. De canibus et earum compositione.

Caput 333. De cane quem „leithund" vocant. L. Baj. c. 1. h. t.

Caput 334. De cane quem „triphunt" vocant (loco cit. c. 2).

Caput 335. De cane quem „spurihunt" vocant (loco cit. c. 3).

Caput 336. De cane quem „bibarhunt" vocant (loco cit. c. 4).

Caput 337. De cane „qui leporem — sua velocitate comprehendit — *ein wint*" (loco cit. c. 5).

Caput 338. De cane qui dicitur „hapihunt — ein wachhunt" (loco cit. c. 6).

Caput 339. De canibus qui „majores feras quod *swarzwild* dicimus persequuntur — Jagehunt" (loco cit. c. 7).

Caput 340. De pastoris cane (loco cit. c. 8).

Caput 341. De cane domestico (loco cit. c. 9).

Caput 342. De cane qui hominem invaserit (loco cit. c. 10).

Caput 343. Qui canem alienum claudum fecerit, aut alium restituat aeque bonum, aut tantam pecuniam solvat, quantam condemnari eum oporteat ex constitutionibus supra relatis.

[Haec autem jura, quaeque deinceps de avibus in hoc libro reperiantur a Carolo magno non accedente pontificis Leonis auctoritate statuta esse.]

XX. De accipitribus.

Caput 344. Ex tituli hujus capitibus 1—3.

Caput 345. Ex ejusdem tituli capitibus 4—6.

Tractatus de probationibus pars, priusquam Bajuariorum legis tituli inferrentur, cohaerens capiti 332 de rebus furtivis apud alium inventis habendum est caput 347, cui ob simile argumentum praemissum nunc legitur caput 346.

Caput 346. De thesauris in proprio vel alieno solo repertis [1]).

Caput 347 lit. a. De thesauro in via publica reperto.

Caput 347 lit. b. De proclamationibus ob inventas res perditas faciendis. Quemadmodum dominus probet, rem inventam a se perditam esse.

Similiter ad locum de probationibus referendum est caput 349, cui illustrando olim adjectum erat praemissum nunc caput 348.

Caput 348 de tutoribus constituendis, quocum conferenda sunt capita primae collectionis 59 et 65.

Caput 349. Quemadmodum tutor corruptae a se pupillae reus hujus criminis se innocentem esse probet.

Caput 350. Ad capitis 348 verba: „wen sol den kinden den nivt ze phleger geben der ir vater tot vient waz."

De parricidii poenis.

Caput 351. Ad capitis 349 verba: „Ist ein man einer iuncfrouwen phlegaer vnde ist. daz er si behuoret —."

Ne data ex contubernio occasione stupra fiant separatim custodiendos esse utriusque sexus captivos.

Qualis a reorum custodibus diligentia adhibenda sit.

Caput 352. Quorum sumtibus publicae custodiae mandatis alimenta praebenda sint.

Caput 353. Quemadmodum finita custodia captivi bona sua a propinquis recipiant.

Caput 354. Paterni testamenti tabulas non obstare liberis sine justa causa exheredatis.

---

1) Bertholdi ratisponensis verba sunt: „dass himelriche gelichet einem acker etc." sumta ex eodem illo sermone (Goebel II, p. 59), qui prooemii locum de duplici gladiorum potestate suppeditavit.

Caput 355. Quemadmodum probentur libertates insciis heredibus a defuncto manumissore concessae.

Caput 356. De non recipiendis fugitivis aliorum servis.

Caput 357. An liceat parentibus propter nimiam paupertatem egestatemque victus causa liberos in servitutem vendere; ex l. 2 Cod. de patribus qui filios distr.

Caput 358. Quemadmodum praeconis jurejurando probentur citationes rite factae ad generales populi conventus ex Ludovici pii constitutione ter quotannis celebrandos.

Caput 359. Ad praecedentis capitis verba: „swer danne nivt kommet der ist der buozze schuldich."

Indulgentiam in statuendo mulctarum modo adhibendam esse.

Caput 360. Quid Carolus magnus de testibus diligenter examinandis statuerit; ex ipso Ansegisi capite 10.

Caput 361. De probanda usuraria pravitate.

Caput 362. Perjurii instar esse si quis contra praestitum regi fidelitatis juramentum imperii bona intervertat.

Caput 363 lit. a. Ad capitis 358 verba: „vffen welen tag."

De celebrandis diebus dominicis et festis.

Caput 364. Ad capitis 359 verba: „die buosse sollen wir nivt gar nemen. wan nach gnaden."

Judices abstineant ab omni injusta exactione viduasque et orphanos protegant. Ex Ludovici pii constitutionibus anni 817 (Perz I. p. 211, c. 3; II. p. 216, 217, c. 1, 3, 4).

Caput 12. **De teloneis.**

Caput 364. De injustis teloneis non exigendis. Ex ipso Ansegisi capite, cujus titulum praescripsi.

Ex posterioribus legis Bajuariorum titulis post caput 332 insertis male nonnulla, servato tamen ejusdem legis ordine, disjecta huc apparent.

Supplementorum ex antiqua Bajuariorum lege pars altera.

XXI. De pomariis et nemoribus atque apibus et eorum compositione.

Caput 365. De apium examine; ex tituli citati capite 8.

Caput 366. De eo qui in alieno pomario arbores fructiferas exciderit; ex ejusdem tituli capite 1.

Caput 13. **De falsis monetis.**
Caput 14. **De heribanno.**
[Caput 15. **De censu regio.**]
Caput 16. **De liberis hominibus uxores fiscalinas habentibus.**

Aliquantulum ex librariorum lassitudine turbatus bavarici libri ordo sequentia sub finem loca exhibet, quae orta esse ex supra relatis Ansegisi capitibus, excepto duntaxat decimo quinto, eo magis statuendum est, quod nulla alia subest ratio, qua adeo diversi argumenti sententiae secum conjungi potuissent.

Caput 367. Ad Ansegisi caput de heribanno.

Qua poena afficiendus sit, qui regis exercitum fugiens deseruerit.

Caput 368. Ad Ansegisi caput de fiscalinis uxoribus, quo cavetur ne quis liber homo ob inaequales ejusmodi nuptias vel exheres fiat, vel a testimoniis dicendis rejiciatur.

Cauponis feminam ancillamve ministram non pari quo aliae uxores dignitate esse, sed propter obsequium hospitibus exhibendum benignius in adulterii causa de illis statuendum esse [1]).

Caput 369. Ad Ansegisi caput de falsis monetis.

Qua poena afficiendi sint, qui falsa rerum gestarum instrumenta conficiant.

Caput 370. Ad eundem locum. De poena eorum qui falsis ponderibus et mensuris in rerum venalium commerciis utantur.

XLIX.

Additamenta ad continuatam bavaricam collectionem.

In extremam bavarici libri particulam (c. 371—377) varia quaedam additamenta collata sunt, hausta partim ex juris romani libris.

---

1) Locus respiciens male intellectam legem 29 Cod. de adulteriis: „Quae adulterium commisit, utrum domina cauponae an ministra fuerit, requiri debebit, et ita obsequio famulata servitii, ut plerumque ipsa intemperantiae vina praebuerit etc.“

Capita 370—376 collecta videntur ex notulis ad capitis 317 verba: „sprichet iener da wider. ob ez vihe ist. — er habe ez gezogen in sinem stalle etc." Agitur enim ad institutionum tituli de rerum divisione exemplum, post factam mentionem dominii ex animalium foetu adquisiti, de dominio quod adquiritur aedificando (c. 371, 372), vel novam speciem ex aliena materia faciendo (c. 373, 374).

Capita 375 et 376 de manumissis referenda sunt ad caput 355.

Extremum lassbergiani exempli est:

Caput 377 de liberis, qui ex subsequenti parentum matrimonio pro legitime susceptis habendi sint; translatum forsitan ad libri finem ex margine capitis 384.

L.

Saxonici libri supplementa.

A. Supplementa hausta ex bavarici libri capitibus de statu imperii publico (c. 118—144).

[Caput 118]. De eligendo Germanorum rege. De imperio a summo pontifice in regem conferendo [1]:

Art. 143. *„Die dudischen sullen durch recht den kuning kiesen. swen die coren wirt von den bischopphen die dazu gesatz sin* [2]). [*unde uph den stul zu Aken kumt.*] [3]) *so hat her konincligen namen. Swen ine der babis wiet so hat her keiserliken namen.*

[Caput 119]. Supremam regis jurisdictionem esse, ita ut delata ad ejus sedem querela de uniuscujusque perso-

„Den kuning kuset men zu richtere uber eigen unde lehen unde uber iewelchen mannis liph."

1) Verba: „daz erwarp in der kivnig Karle alse diz buoch seit", male nunc inserta patet referenda esse ad finalia capitis hujus verba: „des riches gewalt vnde keiserlichen namen."

2) Rectius in bavarico libro: „mit der willen die in erwelt hant."

3) Conf. bav. libri c. 122.

nae tam capite quam bonis ipse statuere possit.

Cum ubicunque in regno adesse rex non possit[1]), in sollicitudinis ejus partem vocatos esse imperii principes, comites et viros nobiles, collata in eos jurisdictionis potestate.

„Der keiser ne mach aber in allen steden nicht sin. unde al ungerichte nicht richten zu aller zit. da umme liet he den vursten graveschaph [unde den greven schultichdum]. an die vierte hant ne sol nichen len comen daz gerichte si uber hals unde uber hant."

Delegatam a rege judiciariam potestatem plus una vice ita delegari non posse, ut gladii quoque potestas detur.

[*„Wen schuldichdume aleyne in der graveschaph. durch daz nichen richtere echt dinc haben ne mach ane schultheiten. wen clagit men uber den richtere her sol antwerden vor deme schultheiten. went die schultheite is richtere uber die schult. Alse is die palanzgreve uber den keiser. unde die borchgreve uber den markgreven."*] [2])

[Caput 120]. Principalibus quatuor regni provinciis, Saxoniae, Bavariae, Alamanniae et Franconiae singulares praeesse palatii comites.

Art. 144. *„Jewelk dudisch lant hat sinen palanzgreven. Sassen. Baieren. Swaven. unde Vranken."*

Olim istas provincias regna fuisse; sed Julium quum Romanorum regno potiretur noluisse Germanos aliis regibus, quam sui ipsius regno subesse.

„Diz waren alle kuningriche. [Seder wandelde men ine de namen. unde hiez se herzogen seder se de romere bedwungen. Doch behielden se de vorsten zu manne.

---

1) Bertholdi haec verba sunt (Goebel Bd. II, p. 65): „Es kann auch der kaiser nicht in allen landen sein und alles unrecht nicht richten etc." Bavaricus scriptor: „Der keyser mag in allen landen nivt gesin. vnde mag alless vngerihte nivt verrihten."

2) Additiones haustae partim ex juris municipalis sax. art. 16.

unde die vanlen under deme namen. Seder hat ine de keiser beide vorsten unde vanlen abe gebrochen]" [1]).

[Caput 121 lit. a]. Unumquemque judicem mulctae dictionem habere, sed diversam ex jurisdictionis forma et fori consuetudine.

„Jewelk richtere hat gewette binnen sime gerichte —

Neminem posse simul et judicis et actoris partes sustinere [2]).

[*unde nichene bute*]. *went die richtere ne mach beide clegere unde richtere nicht sin.*"

[*„Men ne gibt ouch niemande buthe. went deme clegere. Hi umme spricht men. daz die vorsten ane bute sin. Des is doch nicht.*"]

[Caput 121 lit. b]. Judiciariam potestatem et imperium in principum ditionibus, quae nulla media potestate regi subsunt, nullam inter plures personas divisionem admittere. Similiter nec eandem marchionum aut palatinorum provincialiumve comitum potestatem in plures transferri personas posse.

Art. 145. *„Men ne mut ouch nichen richte teilen.* [*noch ganz lien noch teil*] *die* [corrige: *des*] *deme iz da gelegen is. so daz da volge an si unde iz die lantlute liden durfen. iz en si ein sunderlich gravescaf die in ein vanlen hore.*"

[Caput 121 lit. c]. Ejusmodi dignitates [„*dirre herschilte*"], quum vacaverint, intra annum et diem denuo conferenda esse.

„Die ne mut men nicht ledich haben. Also ne mut der koning nichen vanlen. her ne verli et binnen iare unde tage."

Si contra rex faciat, principum ea de re, sicut aliis in causis,

---

1) Additio hausta ex juris mun. sax. art. 7 sub finem.

2) Referenda est haec additio ad sequentem regulam, qua statuitur plures personas non simul posse ejusdem jurisdictionis principatum tenere.

querelas ad comitem Rheni palatinum deferendas esse; cui jurisdictio inter regem et regni proceres competat, unde honoratissima sit comitis hujus palatini dignitas.

„Len an[1]) gerichte ne mut niemand haben he ne si schepenbare vri. und daz her deme kuninge hulde du na vries mannes rechte. und bi den hulden sich virplege swen men thuges an ene tzut."

[Caput 122]. Electus rex juret justitiam tueri, injustitiam frangere, imperium augere nec deminutionem ejus se pati velle.

„Alse men den kuning kieset so sol her dem riche hulde dun unde sweren. daz her recht sterke unde krenke unrecht. unde daz riche vorsta an sime rechte alse her allerbest can."

Inde in literis quoque regiis „semper Augustum" regem vocari.

[Caput 122 lit. b]. Ex quo ad Aquas regiam sedem primum ascenderit electus, ex plurimorum principum auctoritate, quorum suffragia tulerit, nullum unquam aliud jusjurandum ab eo, jam rege, praestandum esse, nisi urgente ob justam suspicionem summo pontifice fidei suae christianae integritas sub jurisjurandi religione ab eo firmanda, aut ineundi matrimonii fides jurato promittenda sit. Testimonium vero, ubi opus fuerit, dicat,

„Seder ne sol her nymber nicheinen eid me thun. ez ne si daz ine der pabes schuldege. daz her an deme rechten gelouben tzwivele. da nach sol her tuch sin aller dinge. der men an ene zet. bi des riches hulden. unde sin gelobede sol her tun vor den eid. [da men den vrede sweret]"[2]).

1) Ita legendum, non „ane".

2) Bavaricus scriptor: „vnde vmbe swelhe sache ander livte swerent."

sub fide quam ex regni auctoritate habeat (*„bi des riches hulden"*).

Regem eligendum esse, nec claudum, nec leprosum, nec excommunicatum aut a regno proscriptum. Talem si qui principes elegerit, reliquis rejicere eum licere, habito ea de re colloquio, ad regalem urbem convocato.

Art. 146. *„Lamen man unde miselsuchtigen man. noch den der in pabeses ban mit rechte comen is. den ne mut men nicht zu kuninge kiesen."*

[Caput 123]. Rex eligendus nullius principis auctoritate subditus, sed eximie liber sit, natus parentibus, avis aviisque, qui ejusdem libertatis fuerunt. Non eligantur liberae conditionis homines ex equestri ordine. Nec aliorum quam ecclesiasticorum principum militari obsequio eligendus addictus sit, sed liberos equestris ordinis homines signa ejus sequentes habeat. Nec eligatur qui inferioris dignitatis uxorem duxerit.

„Der kuning sol sin vri unde echt geborn. [so daz her sin recht behalden habe]" [1]).

[Caput 123]. Rex non Francus, cujuscunque sit nationis, ex quo electus est, genuino suo jure destituitur, deinceps Francorum tantum jura professurus.

„Der kuning sol haben frenkesch recht swen her gecoren wirt. von welker bort daz her si —."

Minime tamen eligatur natalium suorum jure destitutus ob ejusmodi aliquam causam quales supra relatae sunt capite de eligendo judice

---

1) Conf. bav. libr. c. 123 verbis: „Swen man welt ze kivnige."

(86 verbis: *her sol nirt meineide sin etc.*"[1]).

Francorum jure unumquemque maleficii cujusdam reum absolvendum esse, si paratus sit jurare se objecti criminis innocentem esse, nisi in perpetrando eo maleficio deprehensus fuerit; tali enim modo deprehensos non admittendos esse ad jusjurandum de sua innocentia praestandum, sed poenae, ut caeterarum nationum malefactores subjiciendos esse.

„*Wen alse der Franke sin liph nicht virwerken ne mach. her ne werde in der hanthaften tad gevanghen. oder yme si sin frenkisch recht virteilit*"[2]).

1) Conf. sax. libr. verbis supra relatis: „so daz her sin recht behalden habe."

2) Regula unumquemque illaesae existimationis hominem criminis non manifesti reum sub jurisjurandi religione de innocentia sua profitentem absolvendum esse, nisi accusator ad judiciarium certamen eum provocasset, medio aevo ex moribus apud omnes nationes invaluit, qui a Francis judiciarii certaminis usum acceperunt; de quo latius egi Ursprung der Geschwornenanstalt, p. 38. Municipalium autem judicum consuetudo, ut ex dictis vel trium vel septem testium ob crimina etiam nec manifesta in caput animadverterent, seculo decimo tertio per meridionalem Germaniam in communem judiciorum usum transferri jam coeperat, teste bavarici libri capite 100 lit. c. Conf. Ursprung der Geschwornenanstalt, p. 90. Hanc mutatam juris rationem respiciens notae ad bavaricum librum auctor antiquiorem illam consuetudinem in quibusdam jurisdictionibus servatam ex peculiari quodam Francorum jure repetendam esse existimavit. Saxonicus autem primus scriptor, simili deceptus errore, eandem eam regulam (absolvendum esse reum de innocentia sua jurantem) ad singulare quoddam privilegium revocaverat, saxonicae genti a Carolo magno, etiamsi reluctante, concessum (art. 9; spec. sax. lib. I. art. 15, §. 2).

Difficultas inde in conscribendo saxonici libri supplemento oriebatur, qua ratione conciliarentur privilegium illud Saxonibus tantum, ut credebatur, a Carolo magno impertitum, et noster bavarici libri locus, qui ex Francorum jure hanc ipsam repetit consuetudinem. Hisce laqueis ut se expediret saxonici supplementi scriptor, suae inventionis sententiam bavarico loco substituit, eamque, qua nihil excogitari potuisset insipidius, docens: singulare hoc Francorum jus fuisse, ut exceptis

[Caput 124]. Regem capitis reum fieri non posse, quamdiu imperiali dignitate per principum sententiam exutus non fuerit.

Quotiescunque de regis capite aut dignitate agatur, sententiam ferre nemini licere, exceptis regni principibus. In pecuniariis autem causis et ubi de imperii bonis causa ventiletur, nobilium quoque, comitum et imperii militum sententias colligendas esse.

Propria sua bona electum regni fisco inferre posse; superstites autem liberos in hisce bonis ei succedere, quum in imperii bonis nihil juris ad eos transeat. Si absque liberis rex decesserit, nec regni fisco bona sua intulerit, ejus propinquiores heredes in illis succedere.

„Alse ne mach deme kuninge nieman an sin liph sprechen. yme ne si daz riche voren mit ordelen virteilit."

Caput 125. In capitali causa regni principes neminem habere judicem excepto rege.

Art. 146. *„Ueber der vorsten liph unde ir gesunt ne mut neman richtere sin wan der kuning."*

Extra germanici regni fines profecturus rex indicet principum concilium in consueto quodam loco celebrandum, ibique comiti palatino Rheni mandet jurisdictionem suam in capitalibus principum causis; nullam vero palatino illi comiti ejusmodi jurisdictionem com-

---

manifestis criminibus, capitalis sententia in eos ferri nequisset nisi lata prius sententia, qua genuino suo jure privarentur.

petere, quae non specialiter illi mandata fuerit.

Similiter jurisdictionem in Judaeos intra germanici regni fines archiepiscopo maguntinensi, regni cancellario, delegandam esse, sed etiamsi ea jurisdictio delegata non fuerit, recte in Judaeorum causis absente rege cognoscere cancellarium regni.

[Caput 126]. Capitales sententias pro imperii tribunalibus latas executioni mandandas esse per adparitorem legitimum.

„*Uber schepenbare lute. swenne se iren liph virwerken und virteilit sin. ne mut nemant richten wen die echte vronebote.*"

Adparitorum in provincialibus judiciis diversas appellationes in usu esse.

Imperii adparitoris decimum unumquemque capitis damnatum esse, ita ut ex ejus arbitrio pendeat utrum exequi capitalem sententiam an vitam pecunia redimendam concedere velit.

[Conf. locus capiti 127 e regione positus, verbis: „*sin recht is och der tzehende man.*"]

Ad praecedentia verba: „*vber den sol nieman richten wan der echte frone botte.*"

Eandem hanc regulam ad provincialia quoque judicia pertinere[1]).

---

1) Exequendae sententiae cura in ordinariis jurisdictionibus antiquissimis temporibus apud Francos ad sachibarones, sub regibus carolingicae stirpis ad regios Vassos pertinebat, qui, ut comitibus „adjutores" sint „ad justitias faciendas", ex militari ordine olim constituebantur, de quo latius egi Geschichte und System des franz. Civil-Proc.-Rechtes, Bd. 1, S. 79, 110. In levioribus tantum causis id munus centenarios

Caput 127. Electus adparitor juratam regi fidelitatem promittat.

„Swenne die echte vrone bode von deme richtere [*unde von den schepen*] *gekoren wirt. so sol her*

---

olim, postea juniores, sive vassos comitum spectabat. Praecipue adparitoris munere fungebatur vicecomes aut comitis vicarius, ex vassis regiis constitui solitus, cujus in locum postea ob exigendam regiam mulctarum partem successit judex fiscalis qui alias „scultetus" dicitur, quemque hanc respiciens consuetudinem plerumque substituit saxonicus scriptor, ubi de adparitoris officio in bavarico libro sermo est.

In causis vero ad regis palatium, ut judicarentur, delatis exequendae sententiae officium ad regiae militiae praefectum, seu equitum magistrum spectabat, cujus in eo munere locum postea regni „marescalci" obtinuerunt, et novissimis temporibus principes, quorum ad conventus per singulos imperii ut dicebatur circulos habendos convocandi jus erat (die kreisausschreibenden fuersten). Cf. v. Senckenberg, Abhandl. von der kaiserl. hoechsten Gerichtsbarkeit, §. 16.

Jam sicut notissimum est, comitibus sub carolingicae stirpis regibus mulctarum trientem competiisse, bessem vero in regium fiscum inferendum fuisse, ita dubitari vix poterit, aliquam priusquam ea partitio fieret exactae mulctae partem deductam esse, ut adparitoris emolumento cederet. Id ipsum confirmat jus municipale saxonicum articulo 46, ubi praeter trium librarum mulctam, arcis comiti solvendam notatur tres solidos, i. e. vicesimam totius mulctae partem competiisse sculteto. Minime hinc mirandum foret, si re coram regis tribunali judicata majorem ob dignitatem imperii adparitor decimam mulctae partem, id est alterum tantundem habuisset, quod in provincialibus jurisdictionibus concedi sculteto solebat.

Hanc antiquitus traditam consuetudinem respicit procul dubio bavarici libri caput 126, ubi videtur olim scriptum fuisse: „Swer vor dem riche wirt verurteilet. vber den sol nieman richten wan der rechte frone botte. vnde ist sin reht. alse einer nivn mannen oder wiben den lip genimet. so ist der zehende sin. den lose man von im alse ez statte an im vinde"; i. e. vitam illi concedat mulctam percepturus si ejusmodi causa sit, ut pecunia capitalem sententiam redimi posse arbitretur. Non indiscrete enim sententiae executoribus pro avertenda capitis poena pecuniam accipere licuisse Caroli jam magni constitutionibus cautum erat, v. c. in statutis ad Langobardorum legem adjectis anno 801 c. 4 (Perz II, 84): „Si quis latronem morte dignum, sibi ad occidendum traditum, servaverit et vitam indigno concesserit, medietatem damni propter quod traditus est, componat." Constitutiones aquisgra-

Eligantur in provincialibus judiciis non nisi liberi principum subditi quibus capitalium sententiarum executio committatur.

Quaenam solennitates observandae sint in recipiendo apparitoris jurejurando.

deme koninge hulde thun. na vries mannis rechte."

„*So sol ine der richtere nemen bi der hant unde setzen ine uph eyn kussen unde uph eynen*

---

nenses anni 813 c. 13 (Perz I, p. 188): „Ut vicarii munera ne accipiant pro illos latrones, qui ante comite judicati fuerint ad mortem. Quod si hoc perpetraverint, tale judicium sustineant, sicut et latro judicatus fuit [conf. bav. libri c. 174 verbis: „Swelk rihter nivt en rihtet etc."]; quia postquam scabini eum dijudicaverint, non est licentia comitis vel vicarii ei vitam concedere."

Verba in hujus capitis fine posita: „diz recht svln si haben in allen tivschen landen", non pertinent ad locum supra relatum de vita capitis damnato concedenda, sed male hic inserta sunt ex margine verborum, a quibus incipit noster locus: „Swer vor deme riche wirt verurteilet. uber den sol nieman rihten wan der rehte frone botte."

Alius deinceps hujus loci lector, cum non ubicunque intelligerentur vocabula: „der rechte frone botte", explicationis causa in margine adjecit: „Etwa heizzent si rihter. etwa gebivtele. etwa stokwerter. etwa anders." Has vero inventas adnotationes inverso ordine in scriptionis continuum tenorem posterior quidam scriptor inseruit, notam, quae juris adparitori competentis mentionem facit („diz reht svln si haben") existimans ad verba tantum referri posse: „vnde ist sin reht." Notam deinceps adparitorum appellationes spectantem subjungens verbo, cui conveniunt „der rehte frone botte" vocem „sin recht", ut sententia concinnior redderetur temere mutavit, scribens: „vnde ist ir reht."

Saxonicus autem scriptor, homo, ut ex omni ejus scribendi ratione constat, judicii omnino expers natum inde errorem non animadvertit, nec, ut debuisset, correxit sed suas spargens copias peritioribus luculentiorem fecit; nam plura addens emolumenta, adparitoribus hinc inde in provincialibus jurisdictionibus competentia, simul cum hisce ea, quae ut docui, ad imperii duntaxat marescallum pertinent, stultissime carnifici applicavit.

Quis enim sanus homo animum inducat, an capitis damnato vita concedi posset ex ejusdem illius adparitoris arbitrio stetisse, cujus vile officium renumerari selebat concessis sibi ex vacantibus defuncti bonis quotidianae ejus vestis laciniis?

stul iegen sech[1]*. unde sal yme die heiligen thun in den schoz. unde vrede werken yme zu rechte.*"

De pignoribus per apparitorem capiendis, praediisque ab eo sequestrandis.

„*So hat die vrone bode die gewalt daz her phanden unde bestedegen mut und vronen* [*iewelken man unde*] *sin gut mit rechte. da her mit ordelen zu gegeben wirt. Dut aber her unrecht. her mach sinen liph und sin gut virwerken also eyn ander man.*"

Gladio adparitor cinctus non sit. Si quis obtemperare ei nolit, circumstantium opem invocet, mulctetur autem qui reluctatus fuerit.

„*Swert ne sol her nicht vuren* [*noch nicheine were*]. *wederstat men yme rechtes. mit deme geruchte sol her daz lant dazu laden. unde become rechtes ob her moge.* [*ne mach her iz nicht becomen. her clage deme richtere*]."

„*Sin recht is och der tzehende man den men virteilen sol. daz her ine zu losene thu* (conf. cap. 126) *unde swar eyn gut erbelos irstirbt von manne oder von wibe dat erstadelege corn*[2]) *is sin und des mannes dagelekes cleidere.*"

„*Swar men och eigen gibt unde da vrede uber werket. da sol her dri schillinge abe haben. eynen man von iewelkeme dorphe mut her wol dinges irlazen. ob her nicht beclaget nis. sunder den burmeister.*"

[Caput 128]. Excommunicandi regis potestatem summum tantum pontificem habere,

Art. 147. „*Den kayser ne mut der pabes noch neman bannen. seder der zit daz her*

---

1) Melius in bavarico libro: „vnde sol in setzen vf e i n e n stůl. vnde ein kivssen sol dar vffe sin."

2) Latinus interpres: „fructus in horreis pavimento viciniores." Rectius alia exempla: „annona crescens in terra vacante", i. e. fructus stantes.

idque ob tres tantummodo causas scilicet: ob defectionem a fide, ob divortium cum legitima ejus uxore factum et ob destructas aedes sacras.

gewiet is. ane umme dri sache. ob her an deme rechten geloubin twivelit. oder sin echte wiph lezt oder gottes hus zu storet."

Eo autem juris privilegio uti regem, ex quo imperialem acceperit coronam. Si nondum imperialem adeptus dignitatem injuste adversus episcopum aliumve quendam imperii procerem egerit, ad comitem palatinum Rheni ea de re querelam deferendam esse, ut eo intercedente archiepiscopi sui excommunicationis sententia feriatur.

[Caput 129]. Regem in Francofurtensium civitate eligendum esse. Si intra portas principes non recipiantur, extra civitatis moenia rite eam electionem celebrari; sed civitatem, omnesque qui eam teneant, a rege, priusquam discedat, proscribendos; proscriptos post sextam hebdomaden a maguntinensi archiepiscopo excommunicandos, denique post alteras sex hebdomades unumque diem a cunctis regni episcopis eam excommunicationem iterandam esse, et a regis pendere arbitrio, an summi quoque pontificis excommunicationem in eos impetrare velit.

[Caput 130]. Ipsam vero electionem esse apud tres ec-

„In des keyseres core sol die erste sin der biscoph von

clesiasticos principes; episcopum maguntinensem, imperii per Germaniam cancellarium, a quo primum ferendum sit suffragium, episcopum trevirensem et coloniensem.

trire[1]). *die andere die bischoph von megenze. die dritte die bischoph von colne.*"

Inter laicos autem principes praerogativum habere votum comitem Rheni palatinum, regni dapiferum, cujus officium sit, ut in coronationis die primas regi dapes offerat; secundum obtinere locum saxoniae ducem, equitum regni magistrum, qui gladium regi praeferat, tertium marchionem brandenburgicum, regii cubiculi praefectum, qui aquam manibus lavandis praebeat; quartum imperii pincernam, qui poculum regi subministret.

Hos omnes quatuor electores summosque regni ministros oportere germanicae originis esse, nisi ex utroque ex alterutro saltem parentum[2]).

„*Under den leien is der erste in deme core der palanzgreve vonme rine. des riches druzte. die andere die marschalk. der herzoge von sassen. die dritte die kemerere. der markgreve von brandenburch. Die schenke des riches der kuning van beemen der ne hat nichenen core. durch daz her nich dudisch nis.* [*Sint so kiesen des riches vorsten alle. paffen unde leien. Die zu deme ersten an deme core benant sin die ne sollen nicht kiesen nach irme mutwillen. wen dene die vorsten alle zu kuninge irwelet den sollen se allererst bi namen kiesen.*"

1) In lipsiensi codice primo loco ponitur: „der bischof von megenze."

2) Uterque hic gravissimus tam saxonici quam bavarici libri locus nequit scriptus esse ante imperatoris Rudolfi primi aevum.

Antiquissima enim non suspecta mentio septem principum, ad quos solos spectet electio regis, deprehenditur in pontificis Urbani quarti epistola ad Richardum, Cornubiae comitem, Henrici regis Anglorum fratrem, qua, ad apostolicae sedis arbitrio delato dissidii inter ipsum Richardum et Alphonsum Castiliae et Leonis regem de utriusque in romanorum regem facta electione per principes in diversas partes abeuntes, uberius exponit argumenta per utriusque electi oratores proposita (Raynaldus ad ann. 1263; T. III, p. 116).

Alia vero electionum ratio olim erat, eoque ipso tempore, quo

Ut de eligendo rege prae-
tractetur conventum indicen-

---

saxonicum speculum ab Eccone vulgo creditur scriptum esse. Id ne temere quis dictum existimet, non possum quin ex probatissimis scriptorum testimoniis in unum hic colligam, quae memoriae prodita sunt de electis regibus a temporibus Ludovici ultimi carolingicae stirpis regis, usque ad Fridericum, imperatorem hujus nominis secundum.

Quod Tacitus memoriae prodidit (Germ. c. 11) de majoribus rebus penes plebem arbitrium fuisse, ita tamen ut apud principes ejusmodi causae praetractarentur, id primis quoque germanici regni temporibus in eligendo vel suscipiendo novo rege custoditum esse veteribus rerum gestarum monumentis extra dubium ponitur. Cuncti de electione consultabant principes, factam ab ipsis electionem universus deinceps populus laudando comprobabat. Nec tamen suffragia sua singuli ferebant principes, sed praecipuae in eligendo partes erant ducum, qui majore per diversas regni provincias auctoritate praediti, explorata voluntate comitum aliorumque suae gentis nobilium, ex habito inter se consilio in electionem unanimi omnium principum consensu celebrandam auctores fieri solebant. Defuncto itaque Ludovico, ultimo carolingicae stirpis rege, Conradum, Francorum ex genere ortum, legimus electum esse ex auctoritate „potentissimorum principum", Arnoldi Bajoariorum ducis, Burcardi Suevorum, Everhardi Francorum, Giselberti Lotharingiensium, Henrici Saxonum et Thuringorum (Liutprant II, 7).

Eosdem illos duces Conradus, dum mortem sibi appropinquare sentiret, accersit ejusque commendatione effectum est, ut absenti Henrico, Saxonum duci, concorditer coronam deferrent.

Ottonem primum, a patre designatum jam regem, teste Wittichindo corbejensi (libri II initio) elegit omnis Francorum atque Saxonum populus, sed „duces ac praefectorum principes", i. e. antistites in alios provinciarum comites singulari quadam auctoritate praediti, quales erant palatii comites, camerae nuntii et marchiones, communis voluntatis tanquam interpretes ad Aquas palatium in regio solo electum collocarunt.

Otto, primi Ottonis filius in concilio Wormatiensi electus est „consensu et unanimitate regni procerum", id est eorum, quos Wittechindus appellat „duces et praefectorum principes", totiusque populi, sed quum ei concilio non interfuissent Lotharienses, accedente demum eorum suffragio Aquis rex scribitur ordinatus esse (Reginonis cont. ad ann. 961).

Tertius Otto, quum de imperatore in defuncti ejus patris locum

dum esse ad oppidum Franco-
furtum. Citandos esse principes

---

substituendo inter regni primates dissentiretur, patruo per consentientes in eum principes ereptus et accepta Johannis, ravennatensis archiepiscopi unctione Aquis in regio patris solio sublimatus est (Sigebertus Gembl. ad ann. 983. Ann. Hildes. ad ann. 984). Henricus autem patruus ad magdeburgensem civitatem convocans „omnes illius regionis principes", i. e. Saxoniae proceres, de regno sibi conferendo sollicitavit eos, et deinceps apud Quidelingeburg, ubi magnus dicitur „regni primatus" collectus esse, rex a suis publice appellatus, dissidium paravit, donec saniori usus consilio ob patriae salutem infantis regis obsequio in fidem receptus subderetur (Ditmarus rest. l. IV. Leibn. scrip. brunsv. T. I, p. 347. Chronogr. Saxo ad ann. 985).

Defuncto tertio Ottone post ducem Henricum prioris illius Henrici filium „majores in regno", i. e. potentiores diversarum gentium, a quibus electionis pendebat eventus, memorantur extitisse Benno dux in Saxonia, Herimannus in Alemannia, Theodericus in lothariensi regno, Ekehardus, marchio in Thoringia. Quorum in adipiscendo regno Henricus adversarios habuit Ekehardum, ab ejus inimicis mox interfectum et Herimannum, cum Alemannis et quibusdam Francis Rheni transitum, ut ad electionis locum veniret sibi impedientem. Sed Henricus reditum in Bavariam simulatus Maguntiam sine impedimento venit, ibique electus, comprobatus, benedictus et coronatus est, ab ejus parte stantibus archiepiscopis maguntinensi et juvaviensi, episcopis brixensi, ratisponensi, argentoratensi, bataviensi, frisiensi, abbate fuldensi „cum caeteris regni abbatibus et comitibus plurimis." Lotharienses autem cunctabantur, eorumque exemplo coloniensis archiepiscopus, offensus ob Maguntiae, non Aquis acceptam coronationis benedictionem. His deinceps conciliatis sibi, nequa posset de regni jure dubitatio moveri, denuo Aquis electus, laudatus, in regio solo collocatus et glorificatus est (Adelboldus in vita Henrici apud Leibnitz I, p. 432).

De Conradi quem salicum vocant electione in ejus vita Wippo tradit (apud Pistor III, p. 463): „Res petit ut dicam summorum nomina quaedam, seu pontificum sive saecularium principum, qui tunc in regnis vigebant, quorum consiliis Francia consuevit eligere reges —. Eo tempore archiepiscopatum moguntinensem rexit Aribo —; coloniensem vero archiepiscopatum Pelegrinus tenuit —; treverensem quoque archiepiscopatum regnavit Poppo —; metensem episcopatum Theodoricus —; argentinae civitati Werinharius episcopus praefuit —; wurzeburgensi ecclesiae insedit Macelinus —; pabenbergensem epis-

per maguntinensem archiepiscopum sub excommunicationis

---

copatum Eberhardus rexit —; constantiensis ecclesiae praesul erat Heimo —; Augustam Vindelicam regebat episcopus Bruno —; juvavensem ecclesiam — rexit bonae memoriae Guntherus archiepiscopus —; radesbonensis ecclesiae episcopus erat Burcardus —; frisingensem ecclesiam regebat Albertus. Cum istis multi alii pontifices et abbates ex iisdem regionibus aderant, quos singulos nominare operis fastidium generat. — Duces autem supradictis viris contemporanei hi fuerant: Benno dux Saxoniae; Adalbero dux Histriae; Hetzilo dux Bajoariae; Ernestus dux Alemanniae; Lutharingorum dux Fridericus; Ribuariorum dux Gozelo; Cuno wormatiensis, dux Francorum; Udalricus dux Boemiae; Burgundia enim nondum romano imperio ita ut nunc acclivis fuerat." Et deinceps: „Supra memorati episcopi et duces — summa ope et industria memorabili utebantur, ne diutius res publica sine regente nutaret." Tum (l. c. p. 465): „Archiepiscopus Moguntinensis, cujus sententia ante alios accipienda fuit, rogatus a populo quid sibi videretur — hilari voce laudavit et elegit majoris aetatis Chunonem suum in dominum et regem atque rectorem et defensorem patriae. Hanc sententiam caeteri Archiepiscopi et reliqui sacrorum ordinum viri indubitanter sequebantur. Junior Chuno, paululum cum Lotharingis placitans, statim reversus maximo favore illum ad dominum et regem elegit —; tunc singuli de singulis regnis eadem verba electionis saepissime repetebant; fit clamor populi, omnes unanimiter in regis electione principibus consentiebant, omnes majorem Chunonem desiderabant — et ut nulla mora consecrationis illius fieret postulabant."

Henricum, hujus nominis tertium, teste Wippone, Chuonradus „consilio et petitione principum regni" dum puer esset (anno 1026) post se designavit regem, mortuo autem patre, servata antiqua electionis solennitate (anno 1039), communi voto „paterno inthronizatus est solio" (Chronogr. Saxo).

Henrico, Henrici hujus filio, pater „magno apud Triburium conventu habito, regem a cunctis eligi, eique post obitum suum, si rector justus futurus esset, subjectionem promitti fecerat", quod nequit factum esse, nisi secretiori prius consilio cum regni magnatibus habito, cui tamen non intererat Bajoariae dux Conradus, in regem eo tempore seditionem moliens (Hermannus contr. ad ann. 1053). Consecratus deinceps est Aquisgrani a Hermanno, archiepiscopo coloniensi (Lamb. Schafnab. ad ann. 1054).

Paternum secutus morem Henricus rex dum natalem Dominii Gos-

poena, per comitem Rheni palatinum sub proscriptionis praeju-

---

lariae celebraret, evocatos eo principes, qui tamen pauci admodum venerant, accepto eorum jurejurando obstrinxit, ut non alium post se, quam filium ejus, Conradum nomine, regem sibi eligerent (Lamb. Schafnab. ad ann. 1076). Postea (ann. 1099), Conrado rebelle sibi facto in conventu imperii procerum ad Aquas Graneas habito eundem exheredavit impetrans, ut ex consilii decreto principes juniorem suum filium Henricum, impuberem adhuc, caesarem consalutarent. Apostolicae autem sedis legati qnum in maximo principum conventu facto anathema a romamis pontificibus in imperatorem emissum promulgassent, „optimates" reddita a patre imperialia signa ad filium detulerunt, „eumque, primo a patre electum per impositionem manus apostolicae sedis legatorum cunctorumque electione — regem creaverunt" (Otto Fris. VII. c. 10, 11).

Extincta franconica regum stirpe Moguntiae (ann. 1125) „principes" convenerunt, ibique communi habito consilio, quatuor regni optimates ad regnum ab ipsis designati sunt, Lotharius, dux Saxonum, Fridericus dux Suevorum, Leopoldus marchio orientalis, Carolus comes Flandriae (Otto Fris. VII, c. 17). Moguntinus autem archiepiscopus principibus, ut in eligendum Lotharium consentirent, persuasit (Otto Fris. de gestis Friderici l. I, c. 16).

Defuncto Lothario in maguntinam civitatem generalis principum conventus indictus erat; sed „quidam ex principibus, timentes ne forte in generali curia Henricus, qui tunc praecipui et nominis in regno fuit [erat enim defuncti imperatoris ex ejus filia Gertrude gener, a quo Saxoniae insuper ducatum obtinuerat] per potentiam praevaleret" in oppido Confluentia conventum celebraverunt, ibi regem creantes Conradum, fratrem Friderici, ducis Suevorum „praesente Theoduino, episcopo cardinale ac sanctae romanae ecclesiae legato, summi pontificis ac totius romani populi urbiumque Italiae assensum promittente." Ita factam electionem refert Otto Frisingensis (l. VII, c. 22), addens: qui mox ad palatium Aquis veniens a praedicto cardinale (nam coloniensis qui id facere debuerat noviter inthronizatus pallio carebat), cooperantibus coloniensi et treverensi archiepiscopis cum caeteris episcopis in regem unguitur —. At Saxones et dux Henricus, aliique qui electioni non interfuerunt, regem non legitime sed per surreptionem electum calumniabantur etc." Saxones quidem in proxima pentecoste, generali curia in Babenberg maximo principum conventu a rege celebrata „simul cum viduata imperatrice Richenza ultro se suae ditioni

dicio; convocandos autem esse principes socios electores, de-

subdidere." Dux autem Henricus non nisi „multis illectus promissis" Ratisponae regalia quibus duces uti solebant insignia (crucem et lanceam et coronam ducalem) reddidit regi, quibus non ut speraverat denuo in se collatis sine gratia regis discessit, unde vehementissima subsecuta sunt dissidia, quorum vicissitudines et exitum exponere non hujus est loci (Otto Frising. VII, c. 22, 23).

In Conradi defuncti locum anno 1152 Fridericus, Friderici fratris ejus filius, dux Suevorum electus est apud Franconefurth, unanimi principum totiusque regni consensu (Otto Frising. VII, c. 57), sed teste Amando (de primis actis a Friderico in imperio peractis) habito prius secretiori consilio inter magnos regni administros.

Fridericus, saxonicae et franconicae stirpis regum servans morem filium quinquennem Henricum anno 1167 regem eligere in Bavenberg et subsequenti anno ungui fecit Aquisgrani a Philippo, coloniensi archiepiscopo.

Ipse Henricus, dum anno 1195 intempestivius instaret principibus, ut ad filiolum ejus, vixdum e regina susceptum, in romani principatus dignitatem hereditario quasi jure substituendum ex antiquo regni more, idque posthabitis aliis regni negotiis, intenderent animum, hac quidem vice sua spe frustratus est, teste Ansberto clerico (in historia de expeditione Friderici imperatoris), cujus verba huc pertinentia, unam quae deest particulum supplendo, sic legas:

„Quae dissensio de via habenda [an: *capienda?* in terram scil. sanctam] inter eos diu duravit, Saxonibus renitentibus sequi imperatorem. Effecit tamen hoc [ita enim, non ut mendose scriptum invenitur *hic* legendum] quaedam occasio quae se interposuit, dum de viae discurrerent processu. Imperator siquidem, quia heredem susceperat de regina unde ei terrae supra dictae attinebant, cupiens efficere ut communi assensu omnium principum imperii imperium ad proximum heredem quasi hereditario jure transiret et ad hoc inducere omnium consensum principum, *ut electioni* (quae semper habita et habenda est de substituenda romani principatus dignitate) *intenderent,* [supple: *quia*] Saxones aliis assentientibus contradixerunt, et licet terras noviter adeptas et saepe nominatas imperio addere voluisset, *nec tamen perfecit nec eos ad consentiendum inclinare potuit.*"

Mox autem (anno 1197) teste Conrado urspergensi, „procurante imperatore factum est, ut principes Alemanniae paene omnes, filium parvulum ipsius, adhuc in cunis vagientem, assumerent in regem et ei

inceps reliquorum principum quotquot commode congregari possint.

---

fidelitatem jurarent, et literas de hoc facto cum sigillis suis transmitterent imperatori", quocum testimonio conveniunt Godefridus, monachus S. Pantaleonis, eandem tamen rem gestam referens ad annum 1196, Innocentii III epistola 29 (ed. Bal. I, p. 697), ipsiusque Friderici imperatoris literae ad Ludovicum Galliarum regem, scriptae anno 1245 (ap. Schilter de libertate eccl. Germ. p. 684).

Attamen defuncto imperatore Henrico (a. 1198), neglecta electionis fide, coloniensis archiepiscopus colloquio celebrato „cum regni primatibus" de electione novi regis tractare coepit, cui intererant trevirensis archiepiscopus, palatinus de Rheno comes Henricus et „multi nobiles", qui „unanimi consensu" Othonem, secundum Henrici Leonis filium, regem et romani imperii principem elegerunt. Ipse deinceps Otho, collecto robore militum, — obsidione maxima Aquisgranum vallavit —; quam — non sine difficultate et expensis plurimis — violenter obtinuit, — unctusque ab Adolpho [coloniensi] archiepisco in sedem imperii est sublimatus et Romanorum Augustus salutatus.

Philippum vero, defuncti Henrici imperatoris fratrem „multorum copia juvabat Saxonum, Francorum, Suevorum, Bavarorum —." Coadunata igitur „multitudine praelatorum et principum de Franconia, Saxonia, Suevia, Bavaria, Thuringia" apud Maguntiam „consensu et favore omnium" in regem est electus et a domino tarentino archiepiscopo, „consensu cleri et conniventia capituli majoris", sine praejudicio domini Moguntini, qui — tunc aberat, cum magna solennitate rex consecratur et Romanorum Augustus salutatur (Arnoldus Lubecensis libro VI, c. 1 et 2).

Coloniensem archiepiscopum Adolphum, qui praecipuus in eligendo Ottone auctor fuerat, Philippus deinceps conciliavit sibi, Confluentiae fidelitatis jusjurandum ab eo suscipiens. Quo facto, referente Godefrido monacho (ad ann. 1204) „rex Philippus celebrem curiam omnibus qui aderant principibus in epiphania domini Aquisgrani indicit et Coloniensis eum ibidem in regem ungui promittit, quod et factum est. Rex igitur ut proposuerat cum pluribus regni principibus Aquisgrani venit, ubi cum maximo apparatu Coloniensis ei occurrit. Ibi rex consilio cum suis habito, ut principes suam liberam electionem, secundum [ita non „sedis" legas] antiquitatis institutum, non perdant, regium nomen et coronam deponit, et *ut concorditer ab omnibus elegatur* precatur; quod et factum est, et a Coloniensi archiepiscopo cum Maria uxore sua

Imparem electorum numerum statutum esse, ut is rite

ungitur et consecratur, Sifrido moguntino et cameracensi episcopo eisdem diebus cum literis prope Coloniae existentibus et pro hac injusta consecratione excommunicationem ei intentantibus —."

Interfecto Philippo rege aemulus ei rex Otto morem gessit archiepiscopo maguntinensi, quo suasore „indicta est curia satis famosa in Halberstadt, ubi convenerat maxima pars praelatorum et principum Saxoniae et Thuringiae —. Omnes igitur principes qui convenerant — pari voto et unanimi consensu Othonem in Romanorum principem et semper Augustum elegerunt, — *archiepiscopo qui primam vocem habere videbatur inchoante, prosequente vero Bernhardo duce cum marchione Misnensi et lantgravio Thuringiae* [et] *cum aliis ad quos electio regis pertinere videbatur*" (Arnoldus Lubecensis l. VII, c. 15). Sed et alia (teste eodem Arnoldo c. 16), curia magis famosa indicta est in Franckenvorde in festo S. Martini, ubi cum magna solennitate et ingenti numerositate *occurrerunt* domino regi principes Franconiae, Bavariae, Sueviae —; i. e. ubi sponte regis obsequio subditi sunt illi principes; sive ut expressius tradit Godefridus monachus ad annum 1208 „ubi rex, nonagesimo tertio loco ab Augusto, ab omnibus in regem eligitur, diademaque cum lancea imperiali ei assignatur, filia Philippi regis cum universis quae possederat in dotem ei datur."

Sed Innocentius pontifex Ottoni, qui imperialem nactus coronam non Italiae regno contentus jam et Siciliam subjungere ditioni suae adortus erat, adversarium suscitavit F r i d e r i c u m, Henrici imperatoris filium, Germaniae regem vivo jam patre designatum (Albertus Stadensis ad ann. 1211), quem in Alemanniam ascendentem „ita gratissime (ut refert Puduanus monachus apud Urstisium p. 582) praelati et principes susceperunt, quod pauci remanserunt de principibus cum Ottone" et „tandem ipsum in regem Alemanniae et in futurum imperatorem concorditer elegerunt." Inauguratus primum Germaniae rex est (secundum chronicon Augustense) apud Maguntiam in festo purificationis B. Mariae virginis anni 1213, „sed denuo in vigilia B. Jacobi Apostoli anni 1215 (referente Godefrido Coloniensi ad h. a.) cum *quibusdam principibus et nobilibus totius Lotharingiae* Aquisgrani veniens, sequenti die, scilicet in festo S. Jacobi, a Sifrido moguntinensi archiepiscopo legato apostolicae sedis (Coloniae archiepiscopo non existente) *in regem unguitur et in regali sede collocatur.*"

Antiquum rursus tenens morem ipse hic Fridericus anno 1220 Francofurthi generalem celebravit conventum, ubi principibus commendavit

electus habeatur, in quem major electorum numerus consenserit.

---

filium suum Henricum (Godefridus Col. ad ann.). Albertus Stadensis apertius significat ibidem ipsam celebratam esse Henrici regis electionem, verbis „Heinricus, imperatoris Friderici filius, patre volente Frankeneworde in regem eligitur." Magnum autem chronicon belgicum notat: „Henricus rex, Friderici secundi filius, vivente patre et in gratia ecclesiae existente fuit electus in regem Romanorum et coronatus Aquisgrani ab Engelberto hujus nominis primo archiepiscopo coloniensi anno domini 1222." Electionem factam esse ante diem 26 aprilis 1220 extra dubium ponit instrumentum, datum eo anno „apud Frankenfort 6 Kal. Maii", quo imperator, recordatus est „quanta efficacia et fide —" principes ecclesiastici adstiterint sibi hactenus, inprimis ut dicit „filium nostrum Heinricum in regem sibi et dominum benivole atque concorditer eligendo." Nonnullos autem principum eligendo Henrico aliquandiu impedimenta fecisse significat ipsius imperatoris epistola de facta electione ad Innocentium papam scripta die 13 juli 1220, de qua conf. Boehmer Regesta Friderici II (13 juli 1220) et Henrici VII (23 apr. 1220).

Reputantibus secum quaecunque hic congesta sunt de germanicorum regum electionibus ad id usque tempus, quo ex communi opinione scriptum esse fertur saxonicum speculum, haec fere sola constabunt:

primum: ab electione omni tempore pependisse adipiscendam regiam dignitatem;

secundo: in eligendo rege maximi quidem momenti fuisse suffragia principum, inter ecclesiasticos inprimis archiepiscoporum maguntini, coloniensis, trevirensis, inter laicos ducum et marchionum, minime vero eorum tantum, qui postea soli inter principes electores reputari coeperunt, sed potius alios etiam, nullo ab istis discrimine habito, nominatim in electorum numerum relatos legi, v. c. ecclesiasticorum antistitum in prima Ottonis electione (facta anno 1198) praeter Adolphum, coloniensem archiepiscopum, episcopos paderbornensem, mindensem, immo et abbates corbejensem, werdensem et indensem; in regis Philippi electione archiepiscopos magdeburgensem, trevirensem, bisuntinae sedis, episcopos ratisponensem, frisingensem, augustanum, constantiensem, aliosque tam episcopos quam et abbates quorum omnium hic nomina repetere longum esset; ex laicorum autem principum ordine v. c. in ejusdem Philippi electione occurrere duces Austriae et Moraviae, in Ottonis solummodo Henricum, Lotharingiae et Brabantiae ducem;

tertio: quo magis ab omni parte perfecta videretur electio ab

Lit. b. Priusquam ad electionem procedant, jurent electores

---

antiquissimis inde temporibus opus fuisse, ut cunctae sub continuato Francorum orientalium regno unitae nationes, sc. tam Franci, Alemanni, Bavari et Saxones, quam et Lotharienses, immo postea et Slavi creando novo regi, praeeuntibus eorum magnatibus, unanimem consensum suum accomodarent aut eo nondum impetrato ad praestandam fidelitatem deinceps venirent;

quarto: ab Ottonis inde primi temporibus constanter legitime adepti regni signum habitum esse electi et ab omnibus collaudati novi principis solennem benedicentibus ecclesiae antistitibus factam in antiqua Caroli magni sede collocationem;

quinto: moris quidem fuisse, ut regi patri filium in regno successorem sibi designanti assensum non denegarent principes, sed nunquam eos passos esse liberam eligendi facultatem sibi ademtam videri, maximeque ea in re difficiles se exhibuisse, ex quo Henricus, imperatoris Friderici primi filius infantulo filio, Neapolitani regni ex matre heredi et sacris fontibus nondum initiato incautius eam electionem hereditario quasi jure ab ipsis extorquere conatus erat.

Nec tempori quod proxime Ecconis Repchoviensis aetatem subsequitur convenit saxonici speculi doctrina de septem principibus, in regis electione prae caeteris suffragia habentibus; nam in Conradi regis electione, instante ejus patre Friderico, ut sufficeretur defuncto suo fratri Henrico, Viennae celebrata anno 1137 interfuerunt praeter archiepiscopos maguntinum et treverensem electores Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus, episcopi Ecbertus babenbergensis, Sigifridus ratisponensis, item episcopi frisingensis et pataviensis, Otto palatinus, comes Rheni, dux Bavariae, Wenceslaus rex Bohemiae, Heinricus lantgravius Thuringiae, denique dux Carinthiae, eamque electionem Fridericus imperator, teste Godefrido Coloniensi, denuo approbari fecit eodem anno apud Spiram a quibusdam aliis principibus, qui ad convivium ab eo invitati ibidem convenerunt.

Henricum provincialem comitem, cognomine Raspe, Friderico imperatori et Conrado regi monente pontifice Innocentio suffectum apud Herbipolim elegisse feruntur ecclesiastici maxime principes, praeter tres archiepiscopos inter principes electores postea relatos, episcopi argentinensis, metensis, spirensis aliique, unde electo clericorum regis nomen haesit.

Wilhelmum Hollandiae comitem defuncto Henrico praesentatum a Brabantiae duce Nussiae similiter ab episcopis potissimum electum esse,

principes, se nec mercede corruptos nec praedilectione, odio,

---

indicat Innocentii papae epistola ea de re missa ad archiepiscopos coloniensem, treverensem et bremensem, episcopos herbipolensem, argentinensem, monasteriensem, spirensem, laicorum autem principum duntaxat Brabantiae ducem comitesque gelrensem et de Los (Perz leges II, p. 364).

Septem primum principes prae caeteris electores distinguuntur occiso Wilhelmo anno 1257, quorum una pars, archiepiscopi scilicet maguntinensis et coloniensis, laicorum vero principum Ludovicus comes palatinus rheni una cum ejus fratre Henrico Bavariae duce in Frankenfurt elegerunt Richardum, fratrem regis Angliae, altera pars, trevirensis archiepiscopus, Bohemiae rex, Albertus Saxoniae dux junctique brandenburgenses marchiones Johannes et Otto, pedissequos habentes principes quam plurimos, suffragia sua contulerunt in Alphonsum Hispaniae regem. Neutra harum partium cedere alteri volente Richardi Angli electores ad apostolicae sedis arbitrium causam deferentes de electionis jure inauditam hucusque sententiam proposuerunt, inventam manifesto, ut subverteretur adversariorum electio; dicentes a tempore cujus memoria non existat „apud principes vocem in hujusmodi electione habentes" qui sint „septem numero" pro jure servari et hactenus observatum esse, ut intra annum et diem ex quo vacaret imperium talem deceret electionem celebrari; ulterius diferri eam fas non esse; pertinere ad archiepiscopum maguntinensem comitemque rheni palatinum, altero autem vel impedito vel cunctante ad eorum unum, praefigere electionis diem et electores convocare; electionem, ut subsistat, celebrandam esse in „Frankeserde", in loco ad hoc antiquitus destinato, vel intra vel extra oppidum Franchenford; electoribus vel cunctis vel eorum saltem duobus ibi convenientibus, principum ad quos spectat eligere votis divisis vel alterum electorum „per potentiam obtinere", vel ad comitem palatinum, discordiae hujus arbitrum recurrendum esse, nisi per appellationem principum ad examen apostolicae sedis cognitio deferatur; electione autem celebrata electum Aquisgrani intra alterum annum et diem per coloniensem archiepiscopum, ad quem ex officio suo id spectet, unguendum, consecrandum et coronandum esse, quo facto via unicuique praeclusa habeatur contra ejusmodi electionem dicendi aliquid vel opponendi.

Mirum in modum vera hic falsis intermixta apparent, quo magis omnis de non rite facta Richardi tam electione quam coronatione dubitatio amoveretur.

inimicitiave seductos suffragia daturos esse.

Quod enim dicitur, ultra annum et diem differri eam electionem non licere, id non alia de causa hic interjectum est, quam quod absentibus Bohemiae rege marchionibusque brandenburgicis licet ille procuratorem deputaverat, hi vices suas gerendas Saxonum duci commiserant, Richardi fautores, aliorum principum suffragia declinare cupientes, simulaverant morem non pati electionem, ne definitum anni et diei tempus elaberetur.

Francofurti tantum electionem rite fieri posse nequaquam antiquae consuetudinis erat, quum hoc unum constet, electiones celebrari solitas esse in terra franconica, v. c. Wormatiae, Maguntiae, Confluentiae (Olenschlager neue Erl. d. gold. Bulle, p. 12), siquidem ipsum germanicum imperium ex antiquo Francorum regno originem traxerat, regesque cujuscunque fuissent nationis eam ob rem Franci reputabantur. Richardi autem electores subdole franconicae terrae substituerunt locum „Frankenesfelde", in quo conditum erat oppidum Frankenfurth, asserentes nusquam alibi juste celebrari electionem, licet sub staufensis stirpis regibus primum in curiis Francofurti habitis transigi coeptum est de adsciscendis in regnum regiis filiis, nec constanter, quum fides data Viennae primum Friderici secundi imperatoris filio Conrado Spirae postea solenniter confirmata est.

Extra vel intra oppidum rite electionis solennitatem celebrari posse proposuerunt Richardi electores, quod ante portas eligere ipsi coactos se viderant, praeoccupata civitate a trevirensi archiepiscopo et Saxoniae duce, qui intromittere istos noluerant, dicentes majore armatorum hominum manu quam par esset stipatos eos venisse caeterisque electoribus ut vim inferant moliri.

Apud septem denique principes electionis suffragia esse Richardi electores asseruerunt, non ut restringeretur principum electorum numerus, sed ut argueretur Bohemiae regis et brandenburgensis marchionis absentia, quorum longinquius remotorum adventum ipsi, majorem praesentium partem facientes, expectare non potuissent, ne praeteriret legitimus faciendae electionis annus, cujus quindecim tantum dies reliqui fuissent.

Contra Alphonsi electores asserebant, non electionis causa, sed ut de facienda electione praetractaretur, diem condictam fuisse, ipsam vero electionis diem non a singulis electoribus sed de communi principum consensu statuendam esse; negabant electionem consummari oportere intra annum et diem fierique extra muros posse, notantes quindecim

Contra deum justitiamque facere qui aliter quam hic scriptum est eligat.

---

insuper diebus Richardi electores praevenisse anni et diei terminum, quem ipsi legitimum vellent electionis tempus esse, denique suae electioni majorem vindicabant suffragiorum partem, quum et adstipulantem sibi habuissent Bohemiae regis procuratorem, et marchionis brandenburgensis vices Saxoniae dux gessisset.

Funestissimum quidem illud dissidium inter Richardum et Alphonsum non nisi defuncto Richardo, cum Alphonso neglecto Germaniae principes ad Rudolphi electionem procederent, sopitum est. Eligendi autem regis provincia a Rudolphi hujus primi temporibus constanter apud septem illos principes resedit, qui in Richardi Alphonsique electione traduntur discordes fuisse.

Recens subortae hujus praerogativae originem communis opinio, sollicita ne diutius de electionum jure dubitari posset, repetebat ex singularibus officiis regi per principum magnates tum in ipsa ejus coronationis die, tum in aliis solennioribus principum conventibus exhiberi ex antiquo more solitis.

In coronando scilicet rege primariae erant vices coloniensis archiepiscopi, ex quo Ottonis primi exemplo introductum est, ut in coloniensis dioeceseos cathedrali ecclesia aquisgranensi reges se ungui, consecrari, coronari et in antiqua regia Caroli magni sede acclamante omni populo sublimari facerent. Coloniensi deinceps archiepisco in impertienda regia corona adjutores prae caeteris ecclesiae principibus adstare potissimum consueverunt maguntinus archiepiscopus, quod primariam Germaniae episcopalem sedem occuparet, trevirensis, quod nobilissimae per Galliam omniumque antiquissimae sedi praeesset, uterque, quod ecclesiasticam vicinarum provinciarum curam gererent.

Porro quum post apocrisiarium et summum cancellarium ex antiquissimo Francorum more, teste Hincmaro Remensi (de ord. pal. 10); quatuor distinguerentur officia praecipua, quibus sacri palatii cura sustineretur, camerarius, senescalcus, buticularius et stabuli comes, eorum ministeria, quo splendidior regia majestas appareret, quoque minus de obsequio regi praestando dubitari posset, in quacunque solenni curia per potentissimos maximeque illustres subjectos imperio principes subiri solebant. Neque tamen ea in re constans olim ordo obtinuit, sed ex praesentium personarum dignitate nonnunquam singulae illae provinciae videntur demandatae esse. Itaque in Ottonis primi inauguratione praefuit equestri ordini et eligendis locandisque castris, quod munus stabuli

Simoniam dici si quis in suffragiis ferendis pecunia se corrumpi patiatur.

---

comitem spectat, Arnulfus bavarus; Ottone imperatore hujus nominis tertio Paschatis festum Quedlinburgi celebrante ad mensam ministravit Henricus, Bavariae dux, comes rheni palatinus Hecil cellariae praefuit; Lothario saxoni itemque Friderico primo memoriae proditum est in subjectionis signum gladium praetulisse Daniae reges, idque dum ipsi regni sui corona induti essent (Otto Fris. VII, c. 19; de gestis Friderici II, c. 5); suscepto eodem stabuli comitis ministerio in comitiis maguntinensibus anno 1198 Philippo regi obsequium Bohemiae rex exhibuit teste Arnoldo Lubecensi (chron. slav. VI, c. 2). Idem scriptor comitiorum maguntinensium anni 1184 memor (l. III, c. 9) tradit, dapiferi, pincernae, camerarii, marescalci officia administrasse non nisi reges, duces vel marchiones, nondum illa officia singulis diversarum nationum principibus jure hereditario vindicans. Bohemiae vero regem eo jam tempore, quo saxonicum speculum vulgo creditur scriptum esse pincernae munus unquam subiisse nullum omnino ejusdem aetatis testimonium reperitur. Nec rebus gestis aliunde notis ullo modo conveniunt, quae ex Gervasii Tilburiensis, suspectissimi in ejusmodi rebus scriptoris (conf. System und Gesch. des franz. Civil-Proc.-Rechtes Bd. 1, p. 171 sub b), imperialibus otiis colliguntur (Leibn. script. brunsv. I, 943), magnas hasce imperii militias hereditarias factas esse ab imperatore Henrico, Friderici primi imperatoris filio, quo facilius obtineret ut, „cessante pristina palatinorum electione" imperium in ejus posteritatem hereditario jure transiret.

Hoc unum negari nequit, ex quo duces in solennibus comitiis palatina officia administrare coeperunt, nonnullos eorum antiquitus jam plerumque eodem ministerio functos esse, quod et postea ipsis electorum vices gerentibus adscribitur. Constat scilicet Saxonum ducem equis jam praefuisse regnante imperatore Ottone tertio. Itemque dapifer primus quem scio conspicitur Eberhardus, Francorum dux. Bohemum vero ineunte jam saeculo decimo tertio pincernam egisse eo minus credere animum inducor, quod Ottonis magni temporibus poculis praefuisse constat Herimannum, Alemanniae ducem, nec facile statuendum est, quamdiu vigebant Alemanniae duces antiquissimum illud exemplum nulla urgente necessitate neglectum esse.

Camerarii officia sub Ottone primo procuravit Giselbertus, Lotharingiensium dux, sed postea praevalentibus marchionibus brandenburgicis regnante imperatore Friderico primo in epistola pontificis Alexandri tertii

Simoniae reos eligendi potestate nunquam recuperanda destitui, perjurosque habendos esse.

---

ad Rogerum Eboracensem archiepiscopum et Hugonem, Dunelmensem episcopum (inserta apud Rogerum de Hoveden in Angl. ann. parte post., in vita Henrici secundi regis p. 569), imperatoris camerarius nuncupatur Otto, marchionis Alberti filius.

Patet inde antiquis traditionibus inniti sententiam, quam profitetur bavarici libri locus, non nisi septem esse electores principes, scilicet archiepiscopos tres laicosque principes quatuor, singularia in solenni inauguratione officia sustinentes, quorum senescalli seu dapiferi ministerium, quod praecipuum apud Francogallos aeque ac Germanos per omne medium aevum habitum est, et vicariae regiae jurisdictioni solebat conjunctum esse, comiti palatino Rheni tribuitur, equestris ordinis praefectura Saxoniae duci, camerarii munus post lotharingienses duces brandenburgico marchioni. Quartum supererat pincernae officium. Id vero, nequis laicus princeps elector videretur, qui non et palatinus esset, Bohemiae regi adscribendum fuisset, quem ante Rudolphi primi tempus in regum electionibus constabat suffragia tulisse. Sed quum concinnatus apparet, ut supra indicavi, bavaricus liber post curiam Norinbergensem, celebratam anno 1274, ubi pro tribunali sedente comite Rheni palatino Bohemiae regi ob ejus contumaciam in obsequiis regi debitis de ejus dignitatibus terrisque imperio subjectis controversia mota erat, idque gravissimum dissidium quem exitum habiturum sit praevideri nondum potuisset, libri hujus auctor notitiam de imperii forma aliquandiu antea scriptam in suos usus convertens, ubi de septimo electore eoque pincerna sermo erat prudenter delevit Bohemiae regis nomen, in medio relinquere volens, cui competat duplex ille ministri palatini et principis electoris honor. Bohemi neque aliud quoddam nomen excidisse evidentissime prodit sequens bavarici loci sententia, verbis: „Dise vier svln tvsche man sin von vater oder von mů̊ter oder von ir eintwederm", scripta, ne quis forte miraretur inter electores hic relatum legi Bohemiae regem, quamvis supra scriptum fuisset: „D i e t i v s c h e n kiesent den kivnig", quaeque in neminem conveniunt excepto Ottakaro, Rudolphi aemulo, qui solus Bohemiae regum ante Rudolphum Alberti imperatoris filium non ab utroque parente Bohemus erat, sed matrem habuit suevam, Philippi regis filiam, obiitque anno 1278.

In recentioribus demum bavarici libri exemplis pincernae nomini deleto male substituta est bavarici ducis mentio, retentis tamen verbis de necessaria electorum Germanica origine, quae Bohemiae tantum regem

Quemadmodum contra simoniae reos tam laicos quam ecclesiasticos principes agendum sit.

---

respicere manifestum est. Saxonicus scriptor bavarici libri locum partim contraxit, partim emendare conatus est ex sequenti loco in Alberti stadensis chronicis ad annum 1240, qui tamen ipse spurius et post Ottokari primi tempus scriptus est. En hic verba inserta chronicis Alberti Stadensis.

„Papa Gregorius, insolentias imperatoris contra ecclesiam metuens, principes super electione alterius sollicitavit; sed nihil profecit quia *quidam principes* ei rescripserunt: „„non esse sui juris, imperatorem substituere, sed tantum electum a principibus coronare"" (conf. idem scriptor ad annum 1245). [Electio enim ad istos dinoscitur pertinere; ex consensu et praetaxatione principum et consensu elegunt imperatorem trevirensis, moguntinus et coloniensis; trevirensis enim, licet de Alemannia non sit, ratione antiquitatis eligit; quia cum eadem civitas a filio Nini, quam Semiramis, noverca ejus, stuprum ab eo desiderans fugavit, sit constructa, Abraham patriarcha trium annorum existente, etiam est a tempore Petri apostoli in fide catholica solidata. Palatinus eligit quia dapifer est, dux Saxoniae quia marscalcus et margravius de Brandenburg quia camerarius; *rex Boemiae qui pincerna est, non eligit, quia non est teutonicus*]."

Saxonici libri locum hinc sumptum esse indicant:

primum, quod in quedlinburgensi exemplo antiquissimam quam novimus saxonici libri formam exhibente inter electores archiepiscopos primum occupat locum trevirensis, non ut recentiora exempla ex suevico libro emendaverunt, maguntinensis, quodque inversi ordinis expressam rationem reddit nota Alberti stadensis libro inserta, fabulosam scilicet trevirensis civitatis antiquitatem, repetitam a Semiramis filio Nino;

deinde, quod verbis „ex consensu et praetaxatione principum" convenit saxonici libri locus, quem non habet bavaricus scriptor: „Die zu deme ersten an deme core benant sin die ne sollen nicht kiesen nach irme mutwillen. wen swene die vorsten alle zu kuninge irwelet den sollen se allererst bi namen kiesen";

tertio, quod bavarici libri nota de germanica principis electoris origine ex genere materno Ottakarum regem respicit, loci autem apud Albertum stadensem verba: „rex Bohemiae qui pincerna est non eligit, quia non est teutonicus", quorumque versionem tantum exhibet saxonicus scriptor verbis: „Die schenke der riches der kuning von beemen

Lit. c. Regem simoniae reum nullo jure regnum tenere. Convincendum hujus criminis electum esse coram comite rheni palatino, idque principum solummodo tam laici quam ecclesiastici ordinis testimoniis.

---

der ne hat nichenen core durch daz her nich dudisch nis", referenda sunt ad Ottakari in regno Bohemiae successorem Wenzeslaum, hujus nominis secundum, parente utroque Bohemo natum, qui regnavit annis 1278—1305.

Regem nempe Bohemiae, licet imperii pincerna et elector sit, tamen suffragium ferre non posse ob peregrinam ejus originem, nec Ecco Repchoviensis eo quo vixisse fertur aevo scribere potuisset, nec ipse Albertus Stadensis; non Ecco quum nullum unquam Bohemia regem electoremque eo tempore habuit, qui non ab utroque parente Bohemus fuisset, et in discordi illa electione quae proxime praecesserat illud tempus cui male saxonici libri scriptio tribuitur Bohemiae regem constat, non obstante peregrina sua origine, in eligendo Philippo rege praecipuas egisse partes; non Albertus stadensis, quum paullo ante annum 1241, quo ejus liber scribi coeptus est, anno sc. 1137 Viennae in Conrado rege substituendo patri suo Friderico imperatori suffragia tulit rex Wenzeslaus primus, similiter parente utroque bohemo natus.

Non parum laetatus sum ea in re mecum sentientem invenisse de patria historia meritissimum virum, Joh. Frid. Boehmer (regesta imperii inde ab anno 1198, LXIX ad rubricam: Albertus Stadensis), cui una haec rès suffecit, cur negaret scribi potuisse saxonicum speculum ante Rudolphi habsburgensis aevum.

Scio quidem nonnulla laudari testimonia, quorum ex auctoritate doctrina de septem principibus in regis electione suffragia habentibus seculo jam duodecimo vindicatur; sed ea aut minus expresse loquentia consuetudini quae postea demum obtinuit interpretando accomodantur, aut scriptores partium studiis faventes minusque bene instructos produnt (quorum in numero ponendus est Rogerus de Hoveden), aut denique commentitia sunt, quod gravissima ob argumenta ex anachronismis locutionibusque ducta nequaquam dubito quin statuam de celeberrimo illo Friderici primi diplomate anni 1156 (Perz II, p. 99), quo Austriae marchioni inter duces relato imperator fingitur concessisse: „in consessu et incessu ad latus dextrum imperii post electores principes — primum locum."

[Caput 130 lit. d]. Excepto rege nullius laici principis obsequio dediti sint imperii principes.

Art. 148. *„Des riches vorsten ne sollen nichenen leien zu herren haben wen den koning."*

[Caput 131 ad subsequentis capitis verba: *„mit dem vanen."*] Feuda quae vexillorum dicuntur nulla interposita persona a rege conferenda esse.

„Iz is nichen vanlen da die man abe moge vorsten wesen. her ne untfa iz von deme kuninge."

Principis nomen, cui respondeat vernacula appellatio „ein fivrste" nemini competere, qui beneficium suum non primo ordine teneat, sed ex concessione ejus in quem a rege collatum est.

„Swaz eyn ander man von yme untfath. dar nis iene die vurderste an deme lene nicht. wan iz eyn ander vor yme untfenk. unde ne mach des riches vorste da an nicht sin" [1]).

[Caput 132 lit. a]. Ad praecedentis capitis verba: *„Swer ein lehen enphahet von einem der ez vor im enphangen hat."*

Episcopos, abbates abbatissasque principes ex ecclesiasticis bonis beneficia concedendi nullam habere potestatem, priusquam ipsi a rege investiti sint.

Art. 149. *„Swen men kuset bischopphe oder ebde oder ebdischen die den herschilt habit.* [*daz len sollen se untfan vore unde die bisorge na*]. *Swenne se daz len untfangen habent so mogen se lenrecht thun. unde nicht ir.* [*Swar men bischopphe oder abbete oder ebdischen nicht ne kiesit binnen ses wochen da de lenunge an den keiser gat. her liet iz sweme her wil. die sech redelich gehandelit haben*]."

[Caput 132 lit. a verbis: *„Der keiser sol lihen."*]

---

1) Bavaricus scriptor adhibitae latinae voci „princeps" interpretationem existimavit adjiciendam esse „ein fivrste" verbis „vnde mag nivt geheizzen p r i n c e p s (ein fivrste)", quod certe factum non esset, si haustus esset locus ex saxonico libro, qui non exhibet latinum illud vocabulum.

Investiri ab imperatore ecclesiasticos principes sceptro, laicos vexillo ipsis tradito.

Art. 150. *„Die keiser liet alle geistlichen vorsten len mit deme ceptre. al werltliche vanlen liet her mit vanen."*

Caput 132 lit. c. Vacantia vexillorum quae dicuntur feuda intra annum et diem iterum a rege concedenda esse [1]).

[Caput 133]. Regi quamcunque civitatem intra imperii fines adeat, vacare monetas cudendi potestatem, telonea, jurisdictiones.

Cujuscunque causae eum jurisdictionem habere, exceptis judiciis ante ejus adventum jam coeptis, quae finienda sint coram judice ad quem causa jam delata erat.

„In swelke stat die kuning kumt binnen deme riche. dar is yme ledich munte unde toln. unde in swelk lant her kumt da is yme ledich daz gerichte. daz her wol richten mut alse [lege: *alle*] *de clage de vor gerichte nicht begunt noch nicht gelent sin."*

[Caput 134]. In quamcunque terram vel civitatem rex venerit reorum custodiam illi concedendam esse.

„Swen der koning och [*allererst*] *in daz lant kumt sollen yme ledich sin alle vanghene upphe recht. unde men sol* [lege: *sol se*] *vor ene bringen unde mit rechte virwinnen oder mit rechte lazen.* [*so men se erst besenden mach seder der zit daz se der koning eschet zu rechte oder sine boden. zu dem manne selben oder zu deme hove oder me huse da se gevangen sin*].

Weigert men se vor zu bringene. sint men se zu rechte geeschet hat unde men des gethuch hat an des kuninges boden. men

1) Notam huic loco inesse, nec eundem habere scriptorem, cui proxime praecedens debetur locus, ex eo colligitur, quod unus scriptor imperatoris, alter regis appellatione usus est. Saxonicus scriptor eam corrigens inconstantiam utramque sententiam refert ad imperatorem.

dut se ze hant in die achte [*alle die se vengen. beide hus unde lude die se weder recht haldet*]" [1]).

[Caput 135 ad capitis 133 verba: „*er sol allez daz rihten daz in der stat ist vnde in dem lande ze rihten ist.*"]

Unusquisque princeps vel terrae dominus cui delegata ab imperatore jurisdictio est, post octodecim hebdomadum intervalla, conventum juri dicundo habeat.

Art. 151. „*Uber achzen wochen sol die greve sin ding uzlegen —.*"

Conventus juri dicundo non ad dies festos convocentur. Mulctandum non esse, qui ad diem festum venire neglexit.

„*— buten de bundenen tagen* [*zu echter ding stat. da die schultheite unde schepen unde vrone bode si*]."

Lit. b. Ad capitis 134 verba: „*sin botte sol sie heischen.*"

Unusquisque provincialis judex adparitorem habeat, liberae con-

„[*Iz ne mach neman schultheite sin. her ne si vri unde ge-*

1) Quis comparato bavarico loco non sentiat quam perverse dicatur suevicum speculum paraphrasticam notulisque insertis auctam saxonici libri versionem exhibere, quum ubique hic saxonici potius libri scholia appareant, idque in loco, qui ipse jam ejusmodi scholion bavarico libro interspersum continet.

Caeteroquin bavaricus locus in extrema ejus parte, verbis: „den sol er ze ahte tůn. [die vf die gevangen clagent]. oder er ist nivt rihter", ex perperam inserta notula nunc corruptus est. Restituto ordine legas: „so sol man im antwivrten alle die gevangenen die da inne sint. vnd sin botte sol si heischen [die vf die gevangen clagent]. vnde swer sinem botten verseit den sol er ze ahte tůn. oder er ist nivt richter."

Error hic a me correctus versionem quoque francogallicam irrepsit, ubi legitur (ch. CXXXII): „lan li doit rendre toz les prisoniers qui y sunt et ses messages le doit requerir. Et qui li refuse de randre il lo doit metre en last. et ces qui se clament sor les prisoniers. autrement ne seroit il mie sires." Recentiora exempla, quorum in numero est ambrasianum, alia ratione mederi loco conati sunt, scribentes: „— den sol der kuenic ze aehte tuon. Er sol ouch den reht tůn, die uf die gevangen klagent oder er ist niht rehter rihter."

ditionis hominem dimidii saltem rustici praedii possessorem; nec alii cuiquam sententiae executio in capitis damnatos committatur (conf. c. 126).

Lit. c. Cohaerens notulae, cujus argumentum supra exhibui, de judiciis non feriatis diebus celebrandis.

Quamdiu statuto judicii die judex adversariusve expectandus sit. Neminem neglecto ab ipso judice judicii die mulctam incurrere (conf. c. 104).

Reum si actor non venerit dimittendum, nec alium illi diem statuendum esse.

boren von deme lande da daz gerichte bennen leget]. *Die bodel sol zu minnisten haben eyne halbe huve eigenis.*"

„*Gerichtes sollen warden alle die dingplichtich sin von deme male daz de sunne uph ga wente zu mittentage. ob die richtere da ist.*"

[Caput 136, 137, 138]. De principum conventibus sive „curiis" a rege celebrandis.

[Caput 136]. Quinque Saxoniae civitates esse, ad quas indicere conventus suos reges consuescant.

Art. 152. „*Fumf stede* [*die Palenze heizen*] *leghen in me lande zu Sassen da die kuning echte hove haben sol. die erste is Gruna.* [*die andere Werla, de is zu Goslere geleget*]. *die dritte is Walehusen. Olzstede is de virde. Merseburch is die fumfte.*"

Praeterea in Saxonia septem esse feuda quae dicuntur vexillaria, duas sedes archiepiscopales et quindecim episcopales. Quot suffraganeos episcopos in Saxonia habeant magdeburgensis, maguntinensis, coloniensis et bremensis archiepiscopi.

„*Seben vanlen sint och in deme lande zu Sassen. daz herzochdum zu Sassen und de Palanze. de marke zu Brandeburch. de lantgraveschoph zu Thuringen. de marke zu Misne. die marke zu Lusaz. de graveschaph zu Aschersleven.*"

Art. 153. „*Och sint tzwei Erzebiscopdum in me lande zu Sassen unde fumfzen andere. Die von*

Magdeburch deme ist undertan der bischoph von der Nuwenburg unde die von Merseburg unde die von Mysne unde die von Brandenburch unde die von Havelberge. Die bischoph von Megenze hat vier undertane in me lande zu Sassen. den bischoph von Halberstad unde den von Hildesen. den von Verden unde der [lege: *den*] *von Padeborne. Der bischoph von Osenbrucke unde von Mynden und von Munstere sint undertan deme von Colne. der ercebischop* [supple: *von Bremen*] *hat under ime den von Lubeke unde den von Swerin unde den von Raceborch.*"

Caput 137. Insuper regem potestatem sibi vindicare celebrandae curiae suae in quacunque civitate, quae episcopalem sedem habeat. Aliquandiu hoc jus in dubium vocatum esse a quibusdam ecclesiasticis principibus, qui jamdum ab illa contentione destiterint. Denique convocandas esse curias regias ad Francofurtum, Norimbergam, Ulmam aliasque civitates imperio subjectas[1]).

1) Ostendit synoptica tabula unius tenoris esse, quae de curiis regiis tractantur capitibus 136—138. Injecta vero urbium in Saxonia sitarum mentione lectorum aliquis bavarico libro praeter argumentum propositum memoriae causa adnotavit alias nonnullas notitias de Saxoniae divisionibus tam saecularibus quam ecclesiasticis, haustas ut verisimile est ex veteri quadam cosmographia vel similis argumenti quodam libro. Curiosa haec Saxoniae descriptio auctorem prodit in meridionali Germania viventem, ubi minus vulgo notae illae res erant.

Lit. b. Ad praecedentia verba: *„da bistvm inne sint.“*

Proscriptos in principum terris coram judicio civitatis quae, episcopalem sedem habens, ejusdem ditionis civitatum caput habetur, in quibuslibet ex eo judicio pendentibus aliis jurisdictionibus similiter proscriptos censeri; contra ab inferiori judice latam proscriptionis sententiam nullas extra eam jurisdictionem vires habere.

Lit. c. Ad verba praecedentis loci: *„der ist in allen den steten ze aehte getan.“*

Siquis in civitatibus castellisve proscriptis receptacula praebeat vel eos foveat dolo malo, postquam per quindenam proscriptus fuerint, hunc culpae socium reputari; fidem vero ei dandam esse, qui sub jurisjurandi religione protestetur latae proscriptionis sententiae se nullam notitiam habuisse.

Si vero semettertius, ut dici solet, aliquis probaverit dolo malo et omnium ob oculos proscriptum in civitate quadam foveri, tunc munitiones oppidi diruantur; si nullis cinctum sit munitionibus, aedes incendio vastentur, ita tamen ne homines, culpa vacantes pereant. Si

---

Institutam juris communis libri rationem excedebat ecclesiasticarum divisionum illa expositio, quum praefatus erat auctor jura non nisi in laicorum foris obtinentia se compositurum esse. Corruunt itaque quaecunque pro saxonica speculi origine colliguntur ex singulari hac saxonicarum rerum mentione, quum evidentisse contra appareat saxonicum epitomatorem in delectu faciendo recepisse quae, praeter rem interjecta, Saxoniam respiciunt, neglectis quae meridionalis Germaniae civitates (Francofurtum, Norimbergam, Ulmam) spectant, quaeque ad absolvendum propositum argumentum de celebrandis regiis curiis desiderari omnino nequeunt.

quis non municeps detrimentum inde passus fuerit, indemnem eum municipes praestent. Similiter agatur eandem ob causam contra arces, vicos aut quemcunque locum, quo refugium habuerint proscripti.

Art. 154. „*Constantin der kuning gab deme pabese Silvestro werlic gewedde zu deme geistlichem die sechzig schillinge. mede zu dwingene alle die iene die Gote nicht bezzeren willen mit deme libe. daz men se da mede dwinge mit deme gude Gotte gehorsam zu wesene. Aldus sol geistlich gerichte unde werlik ubereyn tragen. swaz deme eynen wederstat daz men iz mit deme anderen dwinge rechtes zu plegene.*

Die ban schadet der sele unde ne nymt doch nemande den liph (cf. jus munic. sax. art. 5). *noch ne krenket nemande an lantrechte noc an lenrechte da ne volge des kuninges achte na. Vestinge nympt deme manne daz liph ob her begriffen wirt da binnen unde nicht sin recht. swer lange her da inne is*" [1]).

---

1) Locum hunc similiter exhibet, teste Lassberg, editio juris communis libri s. l. et a sub 82; sed quum in scriptis exemplis, quod sciam, non inveniatur, malim credere haustum eum esse ab antiquo editore ex saxonico scriptore, cui ob oculos erat jus municipale saxonicum. Maxime id indicare mihi videtur vocabulum „Vervestenung", aut „Vestinge", quod alias in bavarico libro non occurrit; saxonico autem scriptori tritum est.

Causa cur sexaginta solidorum mulctam quam praecepti regii contemptores incurrebant ex Caroli magni constitutionibus ad ficta Constantini imperatoris privilegia Silvestro pontifici concessa loci hujus scriptor, quisquis is fuerit, revocat, non alia est, quam quod latuit eum scholion bavarici libri prooemio insertum verbis: „Ditze reht satzte

Caput 138. Rex curiam suam indicat servato ante statutum diem sex hebdomadum intervallo, evocatis principibus aliisque proceribus per literas sigillo clausas.

Evocati pareant intra patriae tantum fines; venire contemnentes mulctentur; mulctam principum esse centum argenti libras, procerum, qui barones dicuntur, quinquaginta libras, suae monetae si ipsi cudendi monetas jure praediti sint, si eo jure careant, monetae in eadem dioecesi usitatae; equestris ordinis liberorum hominum mulctam esse viginti libras, ministerialium decem, itemque reliquorum omnium imperii subditorum decem libras, ea servanda distinctione ut prima vice non venientes simplici mulcta plectentur, altera vice contumaces duplum solvant. Tertia vice frustra citatum proscribendum esse, si princeps sit habito principum non minus septem consilio, si alterius cujusdam conditionis sit de septem sibi parium sententia.

De proscriptionis culpa hoc jus esse servandum: proscriptum per

Art. 155. „*Biedet der kuning* [*der riches dienst oder*] *sinen hof* [*mit urdelen*] *unde lazet her ine kundegen den vorsten mit sinem brieve unde ingesigele ses wochen ir her werden solle. den sollen se suchen binnen dudischer art* [*swa her is*]. *lazent se. sie wedden da umme. Die vorsten* [*die van len haben*] *wedden deme kuninge hundert phunt. al andere lude weddent zen phunt.* [*da men um ungerichte nicht ne weddet*]."

---

sante Silvester der pabest etc.", pertinere ad locum de stratoris officio pontifici per imperatorem exhibendo, non ad sententiam ut ecclesiastici laicique judices invicem sibi adjutores sint, cui male nunc conjunctum legitur.

sex hebdomades unumque diem excommunicandum esse; similiterque excommunicatos post idem tempus proscribendos esse.

Quemadmodum proscripti coercendi sint superiori loco (c. 137, lit. c.) expositum esse.

Ad ejusdem capitis 138 verba: *„der ist dem kvnge scvldic eins gewettes":*

Praedictam mulctam non unicuique judici competere, sed mulctae dictionem quemvis judicum habere ex potestate sibi concessa et bona locorum consuetudine.

Similiter pecuniarias delictorum poenas aestimandas esse ex personarum conditione et dignitate, nec respiciendum esse, quis olim fuerit reus, sed qualis sit dum reus fiat.

Caput 139 ad verba superius laudata: *„der ist dem kvnge schvldic eins gewettes"*, exhibere videtur interpretis cujusdam notavit, quam suppeditam exemplum, diversum ab eo cui capitis 138 sententiae finales debentur.

Principes mulctas ex terrae consuetudine dicere, similiterque alios jurisdictionum dominos; hoc autem loco non nisi mulctas expressas esse, quas reges antiquitus in imperii proceres statuissent [1]).

„Deme herzogen weddet och zen phunt iewelk edele man. Der iegenode is genuch binnen deme herzogdume die sunderlich recht wollen haben. alse holtzeten unde bedelere unde storiner. von yrme

1) Emenda hujus capitis exordium talem in modum: „Ein iegelich fivrste hat nach sines landes gewonheit bůzze unde ouch die rihter nach ir gewonheit. doch sagen wir [supple: nivt wan] die alten bůzze die die kivnige den herren gesetzent hant." Lacunam quam ex juris communis libri instituto hic subesse bavaricus scholiastes notavit saxonicus scriptor ex saxonicae terrae consuetudine quantum potuit supplere conatus est loco in synopticam tabulam relato.

rechte noch von irme gewedde ne sprech ich nicht. Sechzig schillinge weddet men deme greven. unde och deme vogede der under koninges banne dinget. ob her den ban von deme kuninge selben hat. kuninges banne mut neman lyen wen der kuning selben. Der kuning ne mach mit rechte nicht weigeren den ban zu liene deme daz gerichte gelegen is. den ban liet men ane manschaph. Palanzgreven unde lantgreven dingen under kuninges banne [ita non „*ban. ne*" legas] *alse die greve. deme weddet men ouch sechzig schillinge. Jewelkeme markgreve drizich. Deme schultheiten weddent* [ita non „*weddet men*" legas] *sine biergelden. Deme belenden vogede die des kuninges ban nicht ne hat deme weddet men dri schillinge zume hogesten. Deme gogreven ses phenninge oder eynen schilling al we dar* [non „*weder*"] *der* [non „*die*"] *lantlute core stat. Deme burmeistere weddet men ses phenninge unde underwilen* [non „*under willen*"] *dri schillinge vor hut unde har. daz ist der bure gemeyne zu virtrinkene.*"

Ad verba capitis 138: „*So der kvnc einen hof wil gebieten*":

Nonnullos laicos principes potestatem provinciales conventus convocandi a rege sibi concessam habere. Et quidem conventus convocatos a ducibus laicisve principibus frequentandos esse episcopis sub eorum ditione constitutis, id est

episcopis, quorum episcopalis sedes ejus terrae sit, quae principis jurisdictioni pareat [1]).

Quaecunque jura rex habeat in curiae suae contemtores, iisdem duces quoque adversus eos uti, qui eorum conventus negligant.

Alios quoque laicos principes curias convocandi potestate praeditos iisdem hisce juribus uti.

Principem, quamvis curias celebrandi jure praeditum, alios tamen laicos principes eodem jure gaudentes ad curias suas convocandi nullam potestatem habere. Principes autem non pari potestate praeditos sequi oportere curiam principum, quorum sub ditione castella aut oppida habeant [2]).

Eandem principibus potestatem competere in comites, liberos dominos et ministeriales homines, qui sub cujusdam principis ditione castella

---

1) Locus quibusdam in exemplis mancus in lassbergiano corruptus ita emendandus est: „Ist ez ein herzoge oder ein ander leigen fivrste vnde sitzent bischove in sinem fivrsten ampte. die svln sinen hof sůchen. also sprechen wir ob div stat davon er bischof [non ut nunc legitur „fivrste"] heizzet [deleta particula „div"] in sinem fivrsten ampte lit. swie vil er anders gůtes in sinem lande hat davon sůchet er siner hoeve nivt." Ita locum optime exhibet francogallica versio, verbis: „Et sunt evesque an sa baronie asis cil doivent aler a sa cort. Nos disons ausi, se la citei d o n i l e s t e v e s q u e est en la terre et an la seigniorie de que il est apalez princes. Et conbien que il ait dautres biens en la terre dou prince, il nest tenuz daler a la cort, se la vile dont il est evesque nest an sa seigniorie."

2) In lassbergiano exemplo delenda sunt verba hujus loci, quae uncis inclusa subjiciam: „vnde hat er [gůt vnde] bivrge in sinem lande oder stette —." Francogallicus interpres: „et se il na la dignite de mander cort et il ha viles et chastiaus en la terre de lautre il est tenuz daler a sa cort per droit."

aut oppida teneant; ob alia autem praedia sub cujusdam principis ditione sita hujusmodi obsequium praestandum non esse [1]).

Similiter ab eo obsequio immunes esse, si extra patriam commorentur, aut ita longe absint, ut conficiendo itineri octiduum non sufficiat. Substituant tamen ministerialium suorum hominum aliquem, qui priusquam conventus dimittatur caveat, rata habiturum esse dominum suum, quaecunque ibi placuerint.

Legitime alias ob causas impeditus aliquem suorum mittat, qui juret impeditum esse dominum suum, similiterque ut supra dictum est caveat.

Liberi domini hominesque equestris ordinis substituant ministerialem hominem, ministeriales vero homines propinquum, qui quaecunque hic scripta sunt observent.

C a p u t 140. De celebrandis archiepiscoporum episcorumque synodis [2]).

---

1) Emenda in lassbergiano exemplo: „hant si ander gůt in ir lande. so [non „So"] sint se ze rehte lidig d a z s i e [non „die"] ir hof nvt sůchen svln."

2) Locum hunc, intermixtum sententiis ex quodam ecclesiastico sermone depromptis („Des kvnges hof vnd der fivrsten hove die sint durch vride vnd genade gesetzet der christenheit. davon sol man si gerne sůchen vnd sol oh gerne halten swaz man da gebivtet hat etc.") jam supra adhibui (p. 26) in excutiendo saxonici libri articulo primo. Bavaricus liber recte hic ex ecclesiastica consuetudine, quae jus romanum sequebatur, synodalium hominum perfectam aetatem statuit annum vigesimum quintum finitum. Saxonicus scriptor, quae in bavarici libri prooemio dicta invenerat de generalibus populi comitiis ter quotannis per singulas jurisdictiones celebrandis, male ad ecclesiasticas synodos

Caput 141. Ad capitis 139 verba: *„in sinem fivrsten ampte."*

Marchionibus comitibusque palatinis, etiam quibus principum potestas concessa non sit, pro tribunali sedendibus, ad testimonia dicenda quemcunque velint evocare licere, ita ut non sub jurisjurandi religione examinetur, sed dicta affirmet sub fide, quae ipsi ex dignitatis suae existimatione habenda sit [1]); temporibus vero, quibus pax jurejurando firmata est, ex juratae hujus pacis fide quaestiones habere illis licere.

„Der markgreve dinget bi sines selbes hulden uber ses wochen. [da vint iewelk man urdel uber den anderen den man an sime rechte nicht beschelden ne mach. doch ne antwordet da neman zu camphe sime ungenote]."

Caput 142. Ad capitis 139 verba: *„Ein leigen fivrste mag mit rehte einem andren leigen fivrsten nivt hof gebieten."*

Qui beneficium quoddam accipiat ab eo qui non inferioris dignitatis sit quam ipse, nec natalium existimationem suam perdere, nec ex jure communi deteriorem facere conditionem suam, militarem vero dignitatem suam minuere. Nam laicos principes tertio loco inter imperii dignitates positos esse; sed simulac militare alterius cujusdam laici principis obsequium profitean-

„Wirt eyn man sinis genoten man. sine bort noch sin lantrecht ne hat her nicht gekrenket. sinen herschilt hat her aber genederit."

---

trahens ex errore tamen in loco supra allegato retinuit majorem aetatem ex laicorum tantum judiciorum more incipientem post annum vitae vigesimum primum.

1) Hic verus est sensus verborum: „die vragent die lvte wol bi ir hulden [i. e. sub eorum fide]", ut capite 122: „Alse der kivnig vf den stůl ze ache gesetzet wirt — so sol er niemer mere deheinen eit gesweren —. ob er gezivg sol sin einer sache. dez sol er helfende sin vnde sol sagen bi des riches hulden. daz sol man gelouben." Saxonicus scriptor pervertit hujus loci sensum, tradens marchioni fas esse jurisdictionem exercere, non ex regia delegatione, sed „bi sinis selbes hulden", i. e. sub fide homagii in suam utilitatem sibi praestiti.

tur, perdita principis dignatione ad quartum descendere ordinem, quamvis beneficii dominus eadem secum natalium dignitate sit. Similiter si equestris dignitatis homo, quintum occupans ordinem, ejusdem ordinis homini se militem profiteatur, in sextum ordinem delabi; et ministerialem denique hominem, suscepto alterius cujusdam ministerialis hominis servitio ex sexto in septimum militarem ordinem referri.

Cum ob nundinas noviter institutas municionesque in confinio alienae ditionis exstructas inter vicinos terrarum dominos acerbissimae olim contentiones moveri solerent, pacisque turbatores castellorum praesidiis tuti judiciariam auctoritatem contemptui haud raro haberent, loco de jurato pacis foedere (c. 141) non mirum est subjunctam hic legi quaestionem, quam sequens tractat bavarici libri particula.

Caput 143 de nundinis non instituendis in vicinorum detrimentnm; deque castellis aliisve munitionibus non extruendis inscio terrae principe [1]).

Art. 156. „*Men ne mut nichenen market buwen eynem anderin eynir mile na. Men ne mut och nichene burch buwen noc stad vesten mit planken noch muren. noch berch noc werder buwen noch torne* [*binnen dorphe*] *ane des richteres orloph. Ane sin orloph mut men wol graben alse diph alse eyn man mit deme spaden uph schezen mach de erde. so daz her nichene schemele gemache. Men mut och wol buwen an sin orloph mit holtze oder mit steyne drier dele ho boben eyn ander. eyne binnen der erden. die andere zwu boben. deste men eyne thore habe in me nedersten gademe boben der erden knyes ho. Men mut och wol vesten eynen hof mit thunen oder*

1) Forsitan et vocabulorum similitudo nonnihil fecit, ut capiti de marchionibus („margrave") adscriberetur in margine locus tractans de nundinis („market").

mit staken oder muren also ho. alse her geriechen mach uph eyneme orse sitzene. Thynnen unde borstwere ne sol da nicht ane sin."

Art. 157. *„Men ne mut nichene burch weder buwen an des richteres orloph. de [um ungerichte] [1]) mit ordelen gebrochen wirt. Brickt men aber eyn hus weldickliken oder let iz die herre zegan von mutwillen oder durch armmute. daz mut men wol weder buwen an des richteres orloph."*

Caput 144. Nemo alienam domum vi illicita occupet. Actione eam ob rem mota ordinarius judex vim passo restitui possessionem jubeat, quod nisi statim fiat, bonorum captione distringatur reus ter in jus vocandus.

Si in jure nullam secum ducens coactam hominum manum [2]), sistatur, sententiam prout justum est, accipiat, ita ut praedonis loco habeatur, si nullo jure alienam possessionem invasisse eum constiterit.

In contumacem reum insuper manus injectionem, nullo interveniente judicis decreto permissam esse.

[Quamdiu possessione sua injuste destitutus sit aedium dominus, nullam in eum actionem dari ob ea quae intus vel commissa esse dicantur, vel committi possent.]

„Swer deme anderen sin hus abe wint mit unrechte. claget iene da uph als eyn recht is unde halt men iz yme denne geweldichlichen vore. al di wile her iz unweldich ist die da recht zu hat. so ne mach men upphe daz hus nichene clage thun da men iz mit rechte brechen solle."

Lit. b. Lata de diruendis aedibus sententia, quemadmodum prae-

„Die richtere sol zu deme ersten mit eyneme bile dri slege slan an

1) Male haec verba inseruit saxonicus scriptor, quum potissimum referendus sit locus ad sententias latas de diruendis munitionibus illicite constructis.

2) „Ane gelaite." Conf. c. 251.

eunte judice, adhibito communi terrae auxilio executioni mandetur quod judicatum est.	*eyne burch oder an eyn buw daz mit urtele virteilit is. da sollen die lantlute zu helphen mit slagen unde mit howen. nicht ne sol men iz bernen noch holt noch steyne vuren danne. noch nicht des da upphe is. iz ne si da roufleke uph gevuret. tzut sech da ienich man zu mit rechte der vur it dannen. Den graben unde den berch sal men ebenen mit spaden. Alle die binnen deme gerichte gesetzen sin. die sollen dazu helpen dri tage bi ires selbes spise. ob se dazu geladen werden mit geruchte*" [1]).

LI.

Tractatum de imperii forma, ut supra ostendi (p. 103) in bavarico libro inde a capite 145 excipiunt notae ad Tancredi ordinem judiciarium, cujus quartae partis titulo primo convenit capitis 145 argumentum.

Primus saxonicus scriptor, rejiciens capita, quae jus publicum spectant quaeque bavaricus auctor inde a capite 146 ex notis ad antiquam Bajuariorum legem sua fecerat, ex errore neglexerat hunc quoque locum, licet ex ejus consilio jungendus fuisset articulo sexagesimo, ubi similiter de judicum assessoribus sermo est.

Saxonici libri recognitor in hujus libri supplementa sub operis finem posita convertens praetermissa bavarici libri capita 118—158 inter juris publici argumenta et juris civilis quaestiones interpretatus est multisque accessionibus ex jure provinciali haustis auxit neglectum illud caput 145, quod nec antecedentibus nec subsequentibus argumentis cohaeret. Legitur enim nunc praepostere post articulum 157, qui pertinet ad exequendam sententiam de aedibus diruendis:

ex notis ad Tancredi judiciarium ordinem

ad:

[Caput 146] de sententiis per judicum assessores ferendis:	Art. 198. „*Swa men dinget bi koninges banne da ne sol noch schepen*

1) Rectius bavaricus scriptor: „mit des richtaers boten." Non enim hic agitur de strepitu ob recens commissum crimen fieri solito, sed de exequenda re judicata.

noch richtere cappen haben ane noch hut noch hudelin noch huven noch hantschen. Mentelen sollen se uph den schulderen haben. sunder wapenen sollen se sin. urdel sollen se vinden uber iowelken man [*her si dudisch oder wendisch oder eigen oder vri*]. *Da ne sol anderes neman urdel vinden wan sc*" [1]).

[„*Sitzene sollen se urdel vinden. schilt ir urtel eyn ir genot her sol des bankes beten eyn ander urdel zu vindene. so sol iene uph sten die daz urdel vant unde vinde daz yme recht dunke. unde tze des da her zu rechte sol. unde behalt iz oder laz iz mit rechte alse hi vore geredet is*"] [2]).

Art. 159. „*Swa men nicht dinget under kuninges banne da mut iewelk man wol ordel vinden uber den anderen den men rechtlos nicht beschelden ne mach ane die Wend upphe den Sassen unde die Sasse upphe den Wend. Wirt aber die Wend oder die Sasse mit ungerichte gevangen in der hanthaften tad unde mit deme geruchte vor gerichte gebracht. der Sasse thuget upphe den Wend unde die Wend upphe den Sassen unde mut ir ieweder des anderen urdel vinden die aldus gevangen werden.*

Jewelk man den men schuldeget mach wol weigern zu antworden. men ne schuldege ene an der sprache die ene angeboren is."

---

1) Hausit hanc sententiam scriptor ex bavarici loci principio: „Swa schephenden sint die svln vrteil sprechen vber iegelich dinc vnd nieman anders", sed immemor contrariam doctrinam professum esse primum saxonicum scriptorem articulo 124, ubi similia bavarici libri verba ab eo mutata sunt. (Conf. p. 195 not. 1.)

2) Conf. saxonici libri articuli 57, 58 et 60.

LII.

Extremam partem in saxonici libri exemplo quedlinburgensi occupant:

B. Supplementa hausta ex bavarici libri capitibus 146—158, quibus notae insunt ad antiquae Bajuariorum legis titulos XIV et XV.

Ne autem majorem in molem excrescat hocce specimen brevissime tantum indicabo, quemadmodum ad bavarici libri ordinem disposita sint bavarici libri argumenta, pleniori commentario, quem deinceps forsan editurus sum, seponens, quae de differentiis inter bavaricum et saxonicum scriptorem obviis notare possem.

Ad caput 146:

Art. 160. „*Wirt eyn wif mit rechte von yrme manne gescheden* —."

Ad caput 147:

Art. 161. „*Stirft eyme wibe ir man. unde blibet se in des mannes gude ungetweiet mit den kinderen* —."

Omisso capite 148:

ad caput 149:

Art. 161. „*Nymt eyn man eyne wedewen de eigen oder len oder liph getzucht oder tzinsgut hat* —."

Ad caput 150:

Art. 162. *Dut eyn man sin lant beseyt uz zu tzinse* —."

Ad caput 151:

Art. 163. „*Der koning und iewelk richtere mut wol richten* —."

Ad caput 152:

Art. 163. „*Sinen wechferdigen gesellen* —."

Ad caput 153:

Art. 163. „*Suchet die herre den man* —."

Ad caput 154:

Art. 163. „*Swar aber eyn man in eynir reise is* —."

Ad caput 155:

Art. 164. „*Swar gebure eyn dorph besetzet von wilder wurzelen* —";

Art. 165. „*Irstirft eyn eigen von eyneme birgelden* —."

Ad caput 156:

Art. 166. *„Lezit der koning oder eyn ander herre sinen dienstmann oder sinen eigeneu mann vri —"* [1]).

Ad caput 157 et 158 inverso tamen bavarici libri ordine:

Art. 167. *„Dienstmann erbit und nemet erbe —";*

Art. 168. *„Swer sin recht vor gerichte virlusit —."*

LIII.

Hucusque quedlinburgense saxonici libri exemplum extenditur.

Bavarici libri per Saxoniam usus, quem extra dubium ponunt tam expressa hujus libri mentio in jure municipali saxonico obvia (de qua supra monui p. 214), quam codices saxonicum et bavaricum librum junctos exhibentes qui scripti sunt in usum judiciorum brunsvico-luneburgensium [2]), aliquandiu quidem post scripta quae modo recensui supplementa continuatus est.

Sed utriusque libri in arduis quaestionibus consultandi tandem molestia vicit, itaque effectum est, ut quae adhuc in saxonica collectione deesse viderentur, ex ampliori bavarico libro ad saxonicam consuetudinem accomodata partim locis convenientibus insererentur, partim, ut primus supplementorum scriptor fecerat, sub libri finem adjicerentur, donec tandem mutata saxonici operis articulatim in tres libros dispertiti forma novis accessionibus impedimenta faceret, scriptique in saxonicum librum commentarii perpetui in oblivionem bavaricum librum deducerent.

Sufficiet si paucis hic indicavero quid potissimum novi ex bavarico libro in speculum saxonicum post quedlinburgensis codicis supplementa receptum appareat.

---

1) Quae bavaricus liber de praeconibus dixerat saxonicus scriptor verbis: „Tzugeit aber der schepene binnen eynir graveschaph —" ad ingenuos equestris ordinis viros provincialium judiciorum assessores transfert, recentiorem quam quae vulgo statuitur hujus scriptionis aetatem prodens, puta eam quae proxime accedit tempus tuansformatae in secretis Westphaliae judiciis antiquae comitum jurisdictionis.

2) Conf. quae ea de re notavit Reyscher in lassbergianae editionis praefatione p. XXV, XXVI.

LIV.

Saxonici speculi supplementum ex bavarico libro

quo continuatur quedlinburgensis exempli supplementum.

Notae bavarici libri ad antiquam Bajuariorum legem insertae post notas ad Tancredi titulum „de sententiis et interlocutionibus (supra p. 105)" capita istius collectionis explent a centesimo quadragesimo septimo usque ad caput centesimum septuagesimum secundum quod convenit Tancredi titulo: „quae sententia ipso jure sit nulla."

Primus autem supplementorum scriptor interpretandae hujus particulae laborem aut ipse non consummavit, aut quedlinburgense exemplum ea in parte ad finem perductum non est; nam deficiunt argumenta, quae ad antiquae bavaricae legis titulum XIV de venditionibus bavaricus liber offert capitibus 159—171.

Huic autem loco conveniunt quae post quedlinburgensis exempli articulum postremum in speculo saxonico leguntur de immobilium rerum alienationibus libri tertii articulis 82 et 83.

LV.

Supplementa saxonici speculi

ad bavarici libri imitationem concepta locisque convenientibus inserta.

Maximam quidem partem loca saxonici speculi haud rara, quae desunt in quedlinburgensi exemplo orta sunt ex scholiis rerumque judicatarum notitiis ex margine in continuam scriptionis seriem translatis antequam libris articulisque distinctum saxonicum opus ad certam, quae postea obtinuit, lectionis normam redactum est. Nonnullas tamen particulas hinc inde insertas scriptioni, quam quedlinburgense exemplum exhibet, iteratae bavarici operis collationi acceptoferenda esse dubitari omnino nequit. Pertinent eo:

libri II articulus 58 a verbis: *„Ab ein kind sine iarzal behelt e den zinstagen. daz daz gut verdienet ist etc.",* scriptus

ad exemplum capitis bavarici libri 220, quod supra (p. 145) monui, procul dubio ob argumenti difficultatem a primo saxonico scriptore omissum esse;

ejusdem libro II articulus 72 verbis: *„komen aber die roubere wider uf daz hus und der roub dar uf oder da vore. so ist die burg schuldic an der tat"*, quae respondent capitis 253 verbis: *„hat man aber dem rovbe nach gevolget vntz vf daz hus. daz ez also si. die legent dez wirtes gezivg hin"*;

libri III articuli 42 verba: *„Nach rechter warheit so hat eigenschaft begin von getwange und von gevencnisse etc."*, ex bavarici libri capite 308 (conf. p. 219);

tandem:

libri III art. 51 de avium aliorumque animalium aestimatione, quem nemo non videt conceptum esse ad imitandum bavaricum scriptorem, qui Bajuariorum legis titulos de variis canum aviumque aestimationibus integros fere libro suo inseruit capitibus 333—345.

Haec habui, quae ut praefatus sum, speciminis tantum loco proponerem de saxonici speculi origine ex juris communis libro, suevico speculo appellari solito. Plura eam in rem argumenta afferri possent, eaque gravissima, sumta ex veterum exemplorum conditione, ex rationibus grammaticis, ex testimoniis de pristino utriusque libri usu, ex librorum tam saxonici quam bavarici de jure feudorum collatione, quaeque id genus similia sub examen revocanda erunt. At scriptus hic libellus est, non ut jam nunc quidem ab omni parte argumentum mihi propositum absolverem, sed ne diutius cunctando temere eam sententiam tueri existimer, quae ante hos sex fere menses e scholis meis ad publicam virorum eruditorum notitiam perlata est (Linde, Zeitschr. Neue Folge. Bd. VIII, S. 294).

Argumentorum brevis expositio.

IX. Commentatiunculae tres insertae notis ad Bajuariorum legis titulum II (p. 29).

Libellus de cognationis gradibus deque hereditatibus ex sanguinis propinquitate deferendis (c. 2—11; p. 29)[1]).

Locum de septuaginta et duobus testibus necessariis ut defuncti debitum probetur adversus heredem ortum esse ex prava lectione bavarici libri (p. 33 not. 1).

---

1) Alius ejusdem Bertholdi sermo extat de matrimonii sacramento (Goebel Bd. II, p. 1), ex quo magnam partem locus de illicitis matrimoniis (Lassberg c. 377 add. II.) haustus est quem sub operis finem exhibent antiqua bavarici libri exempla (codices lassbergiani catalogi 34, 90, 144) unde et francogallicam versionem intravit capite 146, quod incipit: „Quant nostre sire toz puissant forma adan et eve il les fiz teil que il ne devoient saintyr maul ne morir etc.", et principem editionem s. l. et a.

Instituendae collationis causa non injucundum erit, si hic Bertholdi sententias quasdam subjungam, quae propositi argumenti partitionem ostendunt, simulque indicem, quid inde in bavarici libri locum de matrimoniis non justis translatum reperiatur. Tradit Bertholdus: „Es sah der gute St. Johannes in apocalipsi dass ein drache eine frau fressen wollte (apoc. XII, v. 1—6); da half ihr unser herr, dass sie zwei schoene fittige gewann und dass sie dem drachen entfloh. Der drache ist der teufel etc. — Der eine fittich ist wie man recht und redlich zu der ehe kommen soll, der andere, wie man mit der ehe leben soll, wie sie got gesetzet hat. Der fittiche jedweder hat fünf federn. Der erste fittich — der hat fünf federn. Diese fünf federn sind fünferlei leute die dir zur ehe verboten sint", collato bavarici libri loco: „Wir woellen hie von nichte denn von der heilige Ee eyn wenig sagen. wie die eyn geglich mensch emphahen svl. als es der heylich herre sant johannes sahe in apocalipsi. der sahe eyn frawen die wolt der track fressen u. s. w."

Verba „der heilich herre sant Johannes" orta ex Bertholdi verbis „da half ihr unser herr" (ubi bavaricus liber mutavit „do halff ir got") produnt Bertholdi plagiatorem. Sed frequentissimae bavarici libri sententiae ex Bertholdi sermonibus haustae facillime poterant opinionem creare bavaricum librum conscriptum esse ab ipso Bertholdo, qui inter jureconsultos quoque locum habet, siquidem summam confessorum composuit ex decretalium libris, quam junctam bavarico libro exhibet heidelbergensis codex lassbergiani catalogi 103.

Quum in communem jam opinionem venerat, saxonicum speculum auctorem habere Ecconem, equestris conditionis hominem, bavaricus quoque liber Bertholdo adscribi coepit, non ordinis sancti Francisci monacho, sed equiti, cognominato „a Grimmenstein", quem Goldastus ab auditu refert suevici speculi auctorem celebratum esse, quemque inter comitis ad Rhenum palatini assessores refert.

X. Libelli de juribus pro genuina hominum conditione diversis pars prior (c. 12—35; p. 36).

Uratislaviensis tabula de recepto jure municipali magdeburgensi non a magdeburgensibus civibus missa, sed in ipsa uratislaviensi civitate, anno ut videtur MCCLXXXIII, adhibito saxonico libro conficta est (p. 41) [1].

XI. Libellus de natalium jure post varias interpolationes continuatus capitibus 35—39 (p. 48).

XII. Libelli de natalium jure pars altera, de causis ob quas personae genuino suo jure destituantur (c. 40—50; p. 48).

XIII. Libello de natalium jure interspersus de tutelarum curationumque jure commentariolus. Argumenta male a librariis inserta capitibus 51—55 (p. 54).

Insignis saxonici scriptoris lapsus in loco de senis valetudine ob faciendam mortis causa donationem examinanda (p. 55 not. 1).

XIV. Capita bavarici libri 56—58 male huc e margine capitis 45 disjecta (p. 56).

XV. Commentarioli de tutelis argumenta juri romano accomodata (c. 59—66), quae omisit saxonicus epitomator (p. 58).

XVI. Loca ejusdem commentarioli (c. 67—69) in saxonicum librum partim translata, partim a saxonico scriptore novis additionibus aucta (p. 61).

XVII. Tituli Bajuariorum legis (III—IX) ad quos nullae adnotationes in bavarico juris communis libro inveniuntur (p. 68).

XVIII. Ad Bajuariorum legis titulos X et XI juris communis libri adnotationes (c. 80, 81; p. 68).

XIX. Ad Bajuariorum legis titulum XII de pignoribus (c. 81—85; p. 70).

XX. Juris communis libri concinnatorem loco de pignoribus non sine judice capiendis subjunxisse commentarios de judiciario ordine, dipositos ad „Tancredi bononiensis judiciarium ordinem" (p. 71).

XXI. XXII. Notae ad Tancredi judiciarium ordinem. Tancredi pars prima tit. I—III (c. 86; p. 71).

XXIII. Tancredi pars prima tit. IV—VI (c. 86—90).

XXIV. Tancredi pars altera (c. 91—117; p. 74).

Ex errore nata esse quae in saxonico libro leguntur de septuplici judiciaria pugna adversus judices sustinenda ob reprehensam eorum sententiam (p. 72 not. 1) [2].

---

1) P. 41 v. 20 et 21 emenda: „idque anno demum MCCLXXXIII conscriptam esse."

2) P. 97 lin. 31 lege: „Tantam" non ut mendose typis exaratum est

---

„Tantum". Similia quae forsitan oculos meos fugerint sphalmata benevolus lector typothetae potius quam mihi precor vitio vertat.

Deleta potius a saxonico scriptore juris romani loca videri, quam intrusa a bavarico scriptore ostenditur in historiola de Carfania, impudentissima femina, quam saxonicus scriptor bavarico debet (p. 151 not. 2).

XLIII. Commentarius in Caroli magni constitutiones anni 805, propositas apud Theodonis villam et relatas in Ansegisi librum III capitibus 1—16 (p. 157).

Ad Ansegisi capita 1—9 (c. 248—267; p. 157).

Inversus ordo Ansegisi capitum de perjuriis (c. 10) et de advocatis (c. 11; p. 180).

XLIV. De causarum patronis; ad Ansegisi caput de advocatis (cap. 268—272; p. 181).

XLV. De probationibus; ad Ansegisi caput de perjuriis (c. 275—313; p. 183).

Perversus a saxonico scriptore locus de imperii principumque militibus (p. 188 not. 1).

Inquisitiones de finium controversiis per viciniae homines. Cur aquae frigidae examen deficientibus aliis probationibus adhibendum esse bavaricus auctor scripserit (p. 190 not. 1).

Locus de origine servitutis ex divina lege non repetenda, mendose ex bavarico libro translatus tam in jus saxonicum municipale quam in saxonici juris provincialis librum. Expressa bavarici libri mentio in jure municipali saxonico. Saxonicus juris provincialis scriptor vacillans in sacris scripturis (p. 212).

XLVI. Saxonica bavarici libri epitome non ad finem perducta (p. 226).

Capita bavarici libri praeter superius indicata ad Ansegisi caput de perjuriis referenda (c. 314—322; p. 226).

XLVII. Inserta bavarici libri capita 323—331 antiquae Alamannorum legis quinque titulis prioribus convenientia (p. 228).

XLVIII. Bavarici libri caput 332 pertinens ad Ansegisi caput de perjuriis. Recentioris manus supplementorum ex titulis posterioribus bavaricae legis haustorum pars prior (c. 333—345; p. 230).

Commentarius de probationibus ad Ansegisi caput de perjuriis absolvitur (c. 346—364; p. 230).

Ansegisi caput 12 de teloneis insertum in bavarico libro capiti 364 (p. 231).

Supplementorum ex bavaricae legis posterioribus titulis pars altera (c. 365, 366; p. 231).

Notae ad Ansegisi capita 13—16 (c. 367—370).

XLIX. Additamenta ad bavarici libri partem alteram (c. 370—377; p. 232).

Typis G. Bernstein, Berolini.

